DEFENSIO

Iurium Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ pro reſponſione ad librum, cuius titulus inſcriptus eſt. Vera e ſincera relatione delle ragioni del Duca di Parma contro la preſente occupatione del Stato di Caſtro.

In qua primo oſtenditur nullam Duci ex Inueſtitura Caſtri competere facultatem extrahendi frumenta, & illam quæ extra dictam Inueſtituram conceſſa fuit ſubreptionis nullitatiſque vitio ſubiacuiſſe, & ſubiacere, & in omnem euentum ſemper reuocari potuiſſe.

Secundo dum Dux leges ſibi in Montibus præſcriptas non ſeruauit, ceſſaſſe cauſam finalem, ob quam erecti fuerunt, ideoque illorum extinctioni locum fuiſſe.

Tertio, Denique facultatem, ſeu onus muniendi Caſtrum Petro Aloyſio Farneſio iniunctum fuiſſe merè perſonale, & ad illius hæredes, & ſucceſſores minimè tranſiuiſſe.

Ex quibus geſta in Curia contra eumdem Ducem ab obiectis vindicantur.



PRAEFATIO

ANCTAM Sedem Apostolicam, quæ in imitationis exemplum posita est, non decet detrahentium verbis conniuere, sed potius ea inquantum fieri potest compescere, ne vt ait Diuus Gregor. ipsi beneuiuere contemnant, & ne secundum Nostrateseadem Sedes se & illos qui eiuscurarum ingentem molem indefessis humeris sustinent pondusque diei, & æstus asiduè deferunt tales quales esse prædicātur admittere videatur. Vnde liber materno idiomate.

Super Ezechiel. hom.9.

Menoch. de arbitr. Iudic. cas 377. n.18. in fine.

VERA ET SINCERA RELAZIONE DELLE RAGIONI DEL DVCA DI PARMA CONTRO LA PRESENTE OCCVPAZIONE DEL STATO DI CASTRO inscriptus, vt qui Ecclesiæ Cardines eius tuitioni positos maledico turbine euellere conatur absq responsione præteriri nō potest, Auctor in tres partes librū diuidit; quarum Prima prohibitionis frumētariæ extractionis de Statu Castri, Altera relaxationis Mādatorum pro Montium extinctione, & Tertia Sententiæ in Iudicio criminali cōtra Ducem Odoardum latæ nullitatem, & iniustitiam probare se velle contendit; Præfaturq. fratres Cardinales Barberinos grauamina contra Ducem adeo promouisse vt honores quoque eius Prædecessoribus per nepotes aliorū Summorum Pontificum præstari solitos denegauerint. Tractas frumentorum de Statu Castri ei ademerint, Aditum ad S.mum Raynutio Monguido eius

à se-

à ſecretis præcluſerint, Siros Conductores pro annuo affictu ſcutorum 97. mill. in dicto Statu ita ſubornauerint, vt ipſi nec vnum quidem obolum ſoluere voluerint, & cum ex hoc ceſſatum fuerit in ſolutione fructuum locorum Montium, iudicium pro illorum extinctione inſtitutum fuerit, & inde ad iudicium criminale fuerit deuentum prætextu quod Ciuitatem Caſtri ad malum finem muniuerit: Peroratio quidem bene compta, ſed tamen pluribus contexta commentis, & taciturnitate eorum, quæ vera ſunt bracteata. Verum quoad Tractatum prohibitionem, & fratrum de Siris ſubornationem, Iudiciorumque validitatem, & iuſtitiam non eſt hoc loco immorandum, cum inferius ſingulis ſit reſpondendum: Sanctiſsimi audientia etiam Monguido impedita non fuit, ſed ipſe eam noluit, dum pro illa ſemel inſtetit die Principum Oratoribus, & Reſidentibus dumtaxat ſtatuta, nec amplius pro ea alijs diebus pulſauit. Quoad honores Duci denegatos Auctor libri facit Manifeſtum; & quinam honores denegati fuerint ſciens, & prudens non manifeſtat, ne per maiorem explicationem Progenitores Ducis, & Raynutium parentem tempore Clementis Octaui à Cardinale Aldobrandino affine minores tuliſſe honores probandi occaſionem præberet. Sed his omiſsis, de quibus poteſt aliquid condonari more Principum antiquioris æui, quos legimus honores ſibi delatos, aut delibaſſe parciſſime, aut omnino recuſaſſe; Veniamus ad ſubſtantiam, dum tempus extinguendi Mōtem Farneſium Primæ Erectionis aduenit (loquor ad te Auctor libri

Verba ſunt Io. à Chokier. Theſaur. polit. lib. 5. cap. 17. ex Plin. Paneg.

libri) non ne Cardinales Barberini præſto fuerunt ad illam prorogandam in duodecim alios annos? & cum Dux ſubſidio pecuniario rebus ſuis conſulere deberet, non ne additionem eidem Monti locorum 600. in ſumma valoris ſcutorum ſexaginta mill. reportauit? Et cum adhuc ſuis negotijs integre conſultum non fuiſſet non ne Dux aliam additionem locorum mille capitalis ſcutorum 100. mill. impetrauit? & quarto loco non ne Duci indulta fuit erectio alterius Montis Farneſij Secundæ erectionis, ex qua ſine aliqua eius opera, & impenſa ſcuta fere 300. mill. dono ſibi data recepit? Scis cur tot multiplicatæ gratiæ factæ fuerint? lege Chirogapha quid dicunt in formalibus verbis. *Cum itaque ſicut accepimus prædictus Odoardus Dux ære alieno &c. ſit grauatus, Et debitum huiuſmodi &c. extinguere. Ac aliis ſuis vrgentibus negociis prouidere abſque aliqua bonorum ſtabilium diſtractione, & ſine aliquo ſubditorum ſuorum grauamine, & cum minori, quo fieri poſſit interuſurio mediante alicuius Montis non vacabilis, & redimibilis erectione &c. cupiat &c.* Huiuſmodi verba quid ſibi volunt euerſionem bonorum Ducis an conſeruationem? Dum igitur ex prædictis ſperandum erat vt niſi laudares ſaltem opem à Cardinalibus Barberinis in opportunitatibus Duci allatam agnoſceres dicis eos ipſius Ducis exterminio ſtuduiſſe? eiuſque rerum deſtructionem voluiſſe? & ad illius bona, & Status aſpiraſſe? quænam maior occaſio alienandi imò propria diſtrahendi? Et hos etiam poſt tot ſpecialia vocas inimicos?

Hæc ſcripſiſti, Hæc Typis edidiſti, Hæc eadem memoriæ futurorum ſæculorum tradidiſti, tuo demum Manifeſto Orbem appellaſti, nunc Orbis videat arbitretur, iudicetque.

AGGREDIOR PRIMAM PARTEM.

VM tempore Eugenij Quarti Raynutius Petri de Farneto ratione suorum stipendiorum esset creditor Romanæ Ecclesię in summa florenorum vndecim millium noningentorum, idem Pontifex pro illis de anno 1435. ei ad quinquennium Castrum Montis Alti oppignorauit, quod tempus postea per alias literas ad triennium reduxit, ità tamen quod si ante elapsum triennium huiusmodi dicta pecuniarum summa illi persolueretur, ipse nihilominus & sui, Castrum vsque ad finem triennij possidere deberent, insuperque illi, & suis prædictis frumentum, & cęteras alias res, & bona in Territorio, & Districtu Castri huiusmodi dumtaxat recollecta (Iure Dohanæ salis excepto) *ex eodem Castro, illiusque Territorio extrahi, & ea ad loca quacumque tàm per Mare, quàm per Terram dummodò Romanæ Ecclesiæ inimica non essent, dicta concessione durante deferri faciendi facultatem concessit*. De anno 1447. Raynutius Castrum huiusmodi absque vllo temporis interuallo restituere promisit Nicolao V. immediatè successori, habita ab eo tantum promissione de restituendis florenis nouem millibus, pro quorum satisfactione illi fructus in Patrimonio Sancti Petri Cameræ debitos assignauit etiam dicta satisfactione subsecuta, vt in margine literarum Nicolai V. vbi leguntur hæc verba videlicet. *Cassa de mandato S. D. N. quia satisfactum est, Raynutio restituitque Castrum Montis Alti, vt constat lib. 1. diuers. Cameræ Apostolicæ. S. Confin.*

Anno 1535. & Anno primo Pontificatus Pauli Tertij Camera Apostolica ad expurgandum Prouinciam Patrimonij ab hominibus assiduè latrocinia committentibus concessit dictum Castrum Montis Alti in feudum nobile Petro Aloysio Farnesio pro se, hæredibus, & successoribus vsque ad quartam generationem masculinam, & idem Paulus Tertius etiam [illegible]dictam concessionem à Camera factam confirmauit, *Et insuper attendens, quod Eugenius Quartus Terram Montis Alti q. Raynutio Farnesio concesserat volens vt idem Raynutius, & eius successores frumenta, & alia bona ex prædicta Terra Montis Alti, eiusque Districtu, & Territorio absque aliqua vectigalis, seu pedagij solutione libere extrahere, & ad loca quacumque tàm per Terram, quàm per Mare conduci facere posset concessionem huiusmodi approbauit, & confirmauit, & denuò concessit* sub hac clausula videlicet *Et nihilominus dicti Eugenij prædecessoris vestigijs inhærendo volentes erga eumdem Petrum Aloysium nos reddere gratiosos, ei, suisque hæredibus, & successoribus frumenta, & alia bona ex Montis Alti, & alijs suis Oppidis &c. libere, & absque solutione alicuius vectigalis, seu pedagij extrahendi, & ad loca quacumque tàm per Mare, quàm per Terram conduci faciendi plenam per præsentes concedimus facultatem*. Et anno 1537. erigendo Ducatum Castri, narratis plurium Pontificum prædecessorum concessionibus, & suis ad fauorem eiusdem Petri Aloysij, necnon circa granorum, siue frumentorum totius Status extractionem, & facultatem illa *ad quacumque loca etiam præfatæ Romanæ Ecclesiæ, & sibi immediatè, vel mediatè subiecta conducendi simili er confirmauit, & approbauit*, Verum quia diuersi alij Summi Pontifices videlicet Pius IV. Pius V. & Gregorius XIII. facultates extrahendi huiusmodi reuocauerant, quamuis Dux Castri, qui fuerat pro, tempore illis paruisset, tamen tempore Clem. VIII. Dux Raynutius occasione affinitatis cum ipso contractę recursum habuit ad eumdem Pontificem, & expositis dictis suis facultatibus extrahendi frumenta Raynutio Petri, & Petro Aloy-

ſio, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus ab Eugenio Quarto, & Paulo Tertio conceſſis, & tempore diuerſorum aliorum Pontificum abſque vllo impedimento obſeruatis, eorumdemque Raynutij, & Petri Aloyſij ſucceſſores quaſi poſſeſſionem extrahendi ſemper retinuiſſe non obſtantibus inhibitionibus ad illas impediendas, tempore Pij IV. & Pij V. emanatis, idem Clemens VIII. negotium extractionis huiuſmodi Paulo Æmilio Cardinali S. Marcelli, & Bartholomæo Cardinali Cæſio, ac Tiberio Ceraſio Theſaurario Generali cum interuētu Aduocati Fiſcalis, & Commiſſarij Cameræ extraiudicialiter examinādum commiſit, qui cum retulerint *ex ſupradictis literis Eugenij IV. & Pauli III. prædictam extractionem libere, licite, plenarie, & ſine aliqua exceptione dictis Ducibus, eorumque in dicto Ducatu ſucceſſoribus pro tempore exiſtentibus competijſſe, & competere, & propterea nullum de iure impedimentum à Camera Apoſtolica, ſeu quocumq. alio eis fieri potuiſſe, nec poſſe, prædictus Pontifex dicta eorum relatione intellecta, ac illi inhærens eidem* Raynutio *Duci, eiuſque ſucceſſoribus in dicto Ducatu quibuſcumque pro tempore exiſtē prædictam extractionem plene, libere, & licite ſine aliqua prorſus exceptione, ſeu impedimento competijſſe, & competere, & propterea nullum de iure eis à Camera, ſeù quocumque alio vigore quarumcumque inhibitionum quomodocumque emânatarum ex quauis cauſa, & occaſione inferri, aut alias fieri potuiſſe, nec poſſe quoquomodo ſua declaratione perpetua valitura declarauit, & quatenus opus eſſet de nouo conceſſit;* Et cum adhuc Duci Raynutio videretur non eſſe tutum, curauit vigore Chirographi ab eodem Clemente impetrati deuenire ad concordiam cum Camera, qua inter cætera conuentum fuit, vt Annonæ Præfectus, eiuſque Miniſtri prætendere non poſſent frumenta dicti Status, niſi pro vſu Romæ, & tunc etiam niſi illam quantitatem, quæ eſſet vltra vſum dicti Status Caſtri, & niſi facta declaratione quantitatis, quam habere vellent, & Agentibus Ducis intimata frumentaque ſolui deberent eo maiori pretio, quo à die declarationis huiuſmodi, & per totum menſem Maij ſubſequē vendita fuiſſent Piſis, Liburni, Lucæ, Neapolis, & Genuæ ad ipſius Ducis electionem, ſed cum Paulus Quintus de anno 1605 per eius Conſtitutionem in ordine 12. priuilegia, & ſimiles facultates per Summos Pontifices, ſeu per Cameram, & in vim contractus conceſſas reuocauerit præterquam dumtaxat ex cauſa veri oneroſa videlicet congruæ ſolutionis, & exburſationis pecuniarum, quàm in Camera citato Commiſſario generali verificari debere decreuit, ideo illius vigore inhibitū fuit Hieronymo Sauino Affictuario Caſtri Lateræ, & Farneſij ne ſub pœna ſcut. 10. mill. auderet frumentum & alia in Territorijs ſuorum locorum recollecta, & in futurum recolligenda extrahere. Aliamque ſimilem Conſtitutionem fecit Sanctiſſimus D. N. 28. in ordine cuius vigore etiam inhibitum fuit Duci Odoardo, eiuſque Miniſtris.

His ſic in facto præmiſſis dicimus facultatem extractionis frumentariæ primo per Eugenium Quartum Raynutio Petri, & deinde per Paulum Tertium Petro Aloyſio, & ſuis conceſſam nullò modo ſuffragari Duci Odoardo quia non ſolū Princeps ſupremus poteſt facere huiuſmodi prohibitiones, & Bannimenta, ſed etiam eadem facere licet vniuerſitatibus, & Dominis Terrarum, Annonæ Præfectis, & alijs huiuſmodi *Bart. in l. 1.*
num. 1. verſ. tamen ſi Magiſtratus, ff. quod 1
quiſque Iuris, quem ſequitur Franc. Marc. deciſ. 236. par. 2. in princ. & num. 1. vbi loquitur de prohibitione extractionis bladorum vigore epiſtolæ tranſmiſſæ per vice baliuum *& num* 1. vbi quod quilibet 2
Iudex in ſuo Territorio pro tempore ſui officij poteſt ſecūdum exigentiam factorum ſuper hoc ſtatuere, & prohibere *Rig.*

de

de remed. ad confer. vbert. num. 40. & 41. Decian. de crimin. libr. 7. cap. 22. num.
3 9. Clar. in §. fin. quest. 82. statut. 7 vbi similiter testatur, quod in Statu Mediolani vltra amissionem rerum est imposita etiam pœna confiscationis Farinacc. in fragment. verb. bannimenta n. 44. Mastrill. de Magistr lib. 5. cap. 9. num. 51. Borell. de Magistr. edict. lib. 3. cap. 14. nu. 7.
4 dicens fieri posse Edicta huiusmodi tempore suo etiam per Locatenentes, Proreges, Rectores, & Potestates Ciuitatum, & Terrarum saltem conuocato Cōsilio Camill. de Curte de feud. cap. 9. num. 53. & nu. 55. vbi quod in Regno deputati sunt Magistri portulani, qui cum magna so-
5 lertia, & vigilantia non permittunt fieri extractiones extra Regnum, & recipiunt cautiones fideiussorias quod victualia onerata in Nauibus immittent in locum destinatum Ant. à Sola ad Constit. antiq. Sabaud 2. parte decreti Cens. gloss. vn. n. 4. fol. mihi 46. & ad Constitutiones nouas titulo de decretis Annonæ gloss. 4. num. 1. vbi quod ordinata charitas incipit à se ipso, & dubitantium ne sibi deficiat argumentum est prudentiæ; quod habent retinere, neque alijs dispensare argumento virginum prudentū. Et prædicta Edi-
6 cta fieri possunt ne dum de tempore carestię, sed etiam tempore abundantiæ, quia Doctores dicunt, dictas prohibitiones fieri posse maximè de tempore carestiæ, Mastrill. d. cap. 9. num. 51. & ideo admittunt, quod fieri possint etiam de tempore abundantiæ, & iusta causa prohibitionis est, si de sequenti Anno esset suspicio sterilitatis, Maur. alleg. 38. num. 3. part. 2. qui istud admittit etiam absque tali suspicione, quia sufficit, quod exitus sequētis anni sit incertus Giurb. d. prælud. 2. num. 24. vers. & ne dum pro eo anno, & eadem Edicta sunt quoque de iure, & æqui-
7 tate, vt inquit Menoch. d. casu 585. n. 10. vers. 5. & etiam de consuetudine teste Clar. loco cit. vbi quod Mediolani extat 8
statutū perpetuū, At in locis limotrophis, in quibus facilius extractiones fieri possunt sunt ne dum vtilia, sed necessaria 9
Bald. in l. 1. in princ. C. quæ res vendi possint, vbi notat, quod non licet frumenta publici Canonis in littoribus emere, ne detur materia delinquendi, & deferendi ad Status vicinos, quē sequitur Sola dicto ti- 10
tulo de Edict. Annonæ gloss. 7. nu. 4. dicens in simili non esse permittendum granorū cōmercium in mercatis locorum limotrophorum, ne ob commoditatem extrahendi detur occasio illa deferendi in patriam vicinam, in qua frumentum venderetur carius, quorum dicta magis iustificant speciales prohibitiones, & inhibitiones factas Ducibus Castri propter commoditatem Portus Montis Alti, & vicinitatem aliorum statuum, in quibus certum est frumenta carius semper vendi consueuisse.

Præmissa sunt adeo clara, vt non sit, 11
qui de illis dubitet, vt ait Borell. d. lib. 3. cap. 14. nu. 7. vbi quod nemo hoc impedit, sed punctus difficultatis reducitur ad tria fundamenta facta per Auctorem libri, quorum primum est, quod facultas extrahendi fuit Ducibus Castri concessa in Inuestitura fęudi, & quod sicut Princeps nō potest reuocare infęudationem, ita non potest reuocare facultatem illi annexam; Alterum quod Clemens VIII. ad relationem Congregationis duorum Cardinaliū, & Thesaurarij cum interuētu Aduocati Fiscalis, & Cōmissarij Cameræ declarauit eisdē Ducibus cōpetere facultatem extrahendi frumenta, & blada liberè, & licitè, & absque vlla prorsus exceptione, Tertium versatur circa transactionem postmodum inter Cameram, & Ducem initam, & supra in facti serie relatam, quibus sublatis erit satisfaciendū inhibitioni Card. Camerarij nouissime super extractione frumentorum speciali-

ter

ter emanatæ contra Ducem Odoardum

Stricte igitur ad dicta fundamenta dicimus non obstare. Primum, quia aut Dux fundatur in facultate per Eugeniũ Quartum tributa Raynutio, & illa nullius fuit momẽti, quia Eugenio vita functo, Raynutius promisit Nicolao V. qui in Pontificatu immediatè successit ad omne ipsius Nicolai liberum arbitrium *omni prorsus exceptione Iuris, aut facti postposita, & absque vllo temporis interuallo restituere, & effectualiter Castrum assignare, habita dumtaxat ab eo cautela, & promissione de nouem millibus florenis, pro quibus idem Nicolaus ipsi Raynutio, vt vtar eius verbis, & pro obligatis iamque adiudicatis pro Montis Alti restitutione haberi voluit, omnes, & singulos fructus, introitus pecunias Cameræ in Patrimonio tam de præterito, quàm in futurum qualitercumque, & quanis ex causa deberentur vsque ad integram dictæ summæ satisfactionem*, & ita contra-
11 ctus cum Eugenio IV. initus fuit in totũ nouatus, quia nouatio non est nisi vnius
12 obligationis in aliam transfusio *l.1.ff.de nouat. Menoch.cons.212.nu.38.* & in specie quod quando nomen debitoris datur in solutum sit perinde ac si debitũ fuisset solutum, & inducta sit nouatio, tenet
13 *Surd.cons.145.num.15.& plurib. seqq.* sed multò magis quia Raynutius postea remansit ex dd. redditibus pecuniarijs satisfactus, quia sicut solutione eius, quod
14 debetur tollitur omnis actio *l. si rem § omnis ff.de pignor.act.* Ruin.*cons.146 nu.4. lib.4.* ita principali obligatione sublata,
15 pignus consistere non potest *l.fænerator de varijs, & extra ord. cogn. Mantic. de tacit.lib. 11.tit. 31.num.2.* benè *Surd.d. cons.145.num 27.& 28.in 4.responsione*, vbi quod & si datio in solutum non no-
16 uaret tamen obligationem debiti, cuius causa facta fuit, extinguit quod est maioris effectus, cum enim obligatio variatur in totum, non perimitur, sed transfunditur in aliam, sed datio in solutum obligationem in totum perimit, dicens, quod responsio suo Iudicio est tutissima, & infra num. 32. vbi tenet fundamentũ procedere etiam si datio in solutum non habuerit effectum, ex eo quod creditor, 17
cui nomen assignatum fuit, illud exigere non potuerit, tametsi versemur extra hanc difficultatem, ex quo Raynutius dd. redditus sibi assignatos habuit, ideoque Montem Altum restituit, vt legitur in margine Bullæ Nicolai V. quæ contra Ducem plenè probat, speciale est enim 18
in libris Cameræ, vt probent contra tertium *Bellamer.cons.33. nu.35. Paris. cons. 140 num. 17. lib. 4. Rimin. iun. cons. 39: nu.1.* cui pignori etiam ad omnem peiorem euentum dictus Raynutius renun- 19
ciasset per acquisitionem perpetuam factam ex concessione Pauli III. cum res propria nemini seruire possit *l. neque pignus ff. de reg. iur. Mantic. d. lib. 11. tit. 31. num. 66.* Præterea facultas extrahendi fuit restricta ad tempus, quo duraret pignus nempè ad triennium, vel vsque ad satisfactionem dd. florenorum nouem millium, vndè elapso dicto termino, vel secuta illorum satisfactione, cessauit etiam facultas extrahendi, quia concessio facta 20
pro tempore limitato vltra illud non extenditur *l si mulier ff. de lib. agnoscen. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloss. 2. num. 46. vers. præterea Rot. decis. 596. num. 2. in fine par. 1. recent.* quinimo cõcessum ad tempus post illud videtur denegatum, *Tiraq vbi supra Rot. decis. 215. num. 5. par. 1. & 369. num. 1. par. 2. recent.* Vbi quod emphyteusis concessa in 29. Annos, illis elapsis ad Dominum reuertitur, sic applicatio partis fructuum factæ fabricæ Ecclesiæ post illud tempus expirat, *vt in eadem decis. 596. num. 2.* & ita etiam pensio reseruata quousque pensionarius Beneficium assequatur, cessat statim post illius assecutionem *Rot. decis. 617. num. 2. par. 1. recent.*

Aut

Aut fundatur in concessione Pauli Tertij, & similiter videtur dicendum, illā non suffragari non enim in ea parte, in qua Paulus Tertius concessionem Eugenij IV. confirmauit, quia confirmatio
21 præsupponit existentiam rei, quæ confirmatur. *Gemin. conf.* 11. *num.* 2. *Bald. conf.* 161. *num.* 1. *ad finem lib.* 5. *Menoch. conf.* 402. *num.* 17. vbi quod confirmatio præsupponit Ius iam competere, & sequitur *Guttier. pract.* 99 *lib.* 3. *q.* 17. *num.* 48. *vers. praterea*, & si actus confirmatus non existit, prout in casu nostro, in quo concessio Eugenij iam per multos Annos ante expirauerat confirmatio quoque est nulla, *Bal. in l. nec damnosa post princ. C. de precibus Imper. offer. Card. conf.* 33. *num.* 2. quod procedit etiam si confirmatio esset facta cum clausula ex certa scientia, ex quo defectus est in falsitate narratorum. *Bero. in c.* 1. *num.* 27. *post princ. de confirm. vtil. vel inutil.* Sed nec in altera parte, in qua Paulus Tertius facit nouam concessionem, vt in illis verbis, *& nihilominus dicti Eugenij nostri Prædecessoris vestigijs inhærendo volentes erga eumdem Petrum Aloysium nos reddere gratiosos, ei, suisque hæredibus, & successoribus præfatis frumentum, & alia huiusmodi ex Montis Alti, alijsq suis oppidis &c. liberè, & absque solutione alicuius, seu pedagij extrahendi, & ad alia quacumque tam per Mare, quàm per Terram cōduci faciendi plenam concedimus facultatē* quia hoc fecit nixus narratiua cōcessionis
22 Eugenij sibi factæ in illis verbis. *Attendētes quoque, quod alias fel. rec. Eugenius IV. d. Terrā Montis Alti q. Raynutio concessit, volens vt idem Raynutius, & eius successores frumenta extrahere possent*, tacito quod idem Pontifex suam concessionem ad triennium fecisset, & amplius expresso, quod idem Eugenius dictam facultatem concesserat nedum Raynutio, sed etiam
23 eius successoribus, quorum appellatione veniunt omnes descendentes in infinitum *Menoch. conf.* 1098. *num.* 25. *Fusar. de substit. quæst.* 343. *num.* 1. ex quo facilè fuit, quod Paulus Tertius etiam eamdem concessionē fecerit Petro Aloysio, eiusq. successoribus, quia si sciuisset, priorem concessionem fuisse tēporalem, & quod plus est illam expirasse, verisimile est, vel quod dictam nouam concessionem nullo modo fecisset, vel quod ipse quoque illam concessisset ad tempus limitatum, postquam protestatus fuit se velle vestigijs Eugenij inhærere, alias non fuisset illis inhærere, sed eis contrauenire, & ideò semper verificandum est præsuppositum factum, quod concessio Eugenij duraret, quia cōstitutio, quæ vnum supponit, & aliud disponit non procedit, nisi verificato illo præsupposito, *gloss. in l. mācipia, C de ser. fugit. Surd. conf.* 315. *nu.* 40. *& conf.* 372. *num* 20. Vndè vel concessio Pauli III. fuit surreptitia, & nulla per expressionem verborum importantium concessionē Eugenij fuisse perpetuā, ex taciturnitate enim eius, quod si expressum fuisset, reddidisset Papam difficiliorem causatur subreptio gratiæ *Rota decis.* 739. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* itaut non sufficiat in genere exprimere factum, sed sit necessaria specialis mentio eorum, quæ Papam à cōcessione diuertere potuissent *Abb. in cap. in nostra num.* 4. *de rescript.* latè *Gram. decis.* 66. *num.* 18. vbi quod non euitatur surreptio, si quis per inuolucrū verborum effugiat intentionem concedentis, qui sunt termini nostri, ex quo vt dixi fuerunt expressa verba importantia perpetuitatem gratiæ, & fuit omninò tacitum, quod anterior gratia fuerit tēporalis, quia concedens ex generalitate narratiuæ facti potest de facili circumueniri *Gram. decis.* 66. *num.* 19. Vel cum idem Pontifex faciendo nouam concessionem Petro Aloysio, & successoribus, non addendo clausulam in perpetuum, quæ passim in quibusuis gratijs apponi

24 25

consueuit, debet intelligi secundum tē-
26 pus primæ concessionis *Bero. cons.* 121. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. vbi præmissa conclusione, quod renouatio, quæ fit de re emphiteutica etiam finita emphiteusi debet intelligi secundum naturam primi contractus, adeò quod omnia in præcedenti contractu contenta videantur in contractu renouationis repetita per Tex. *expressum in cap.* 1. *de grad. succed. in feud. sub num.*4.*eiusdem cons.* subiungit hoc ipsum magis dicendum esse in casu, in quo ex verbis renouationis hoc inferretur, vt quia apponerentur hæc, vel similia verba, videlicet, *sequendo formam, & modum aliarum locationum*, quia vt ipse ait in claris non est opus coniecturis, sed in proposito nostro constat, quod Paulus III. credidit, & ex verbis ab ipso relatis credere debuit, quod concessio Eugenij esset perpetua, *item*, quod vsus fuit verbis, *vestigijs Eugenij IV. inhærentes*, & verbis, *Attendentesq.* &c. quæ verba denotāt cau-
27 sam finalem, vt in terminis clausulæ Attentis tenet *Farinac. cons.* 47. *nu.* 4 *&* 16. & probatur ex alijs deductis per *Mantic. de tacit. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 32. *vers. idem* etiā dicitur, ideo concessio eiusdem Pauli debet restringi ad terminos concessionis Eugenij *Surd. cons.* 5. *num.* 67. *Vbi quod Princeps faciens secundam Inuestituram diuersam à prima, præsumitur circumuentus, aut obliuione ductus*, quia prima
28 Inuestitura est attendenda tanquam basis, & fundamentum aliarum *Bart. in l. si mihi, &* Titio *num.* 17. *de verb. oblig. cum alijs per* Mant. *lib.* 23. *tit.* 21. *in princ.* Vnde Inuestitura, quæ est generalis, recipit in-
29 terpretationem ab ea, quæ est specialis, & magis dilucida, ac apertius loquitur *Dec. cons.* 193. *num* 6. *vers. & hoc multum, vbi si vtraque Inuestitura legitur facta pro hæredibus, & descendentibus, & in prima additur verbum masculis, secunda quoquo est intelligenda de masculis secundum primam, quæ apertius loquitur*, & alijs relatis sequitur *Mantic. d. tit.* 21. *nu.* 14. ergo licet in secunda Pauli Tertij non limitetur tempus concessionis, ea tamen est intelligenda secundum concessionem priorem Eugenij restricta ad certum tempus.

Aut denique Dux fundatur in qualitate Inuestituræ, quod nempe facta fuerit cum mero, & mixto Imperio, ac cum gladij potestate, omniumque regalium translatione, & sic cum Iure Tractarum, quod est de regalibus, & obiectum cessat quia facultas extrahendi non fuit concessa cum ipso feudo, imò in concessione Castri Montis Alti, nihil prorsus dicitur de hac facultate extrahendi, & quamuis Paulus III. concessionem per Eugenium Raynutio tributam confirmet, & etiam de nouo concedat, tamen huiusmodi cōfirmatio, & etiam noua concessio nihil habet cōmune cum feudo, sed sunt quid superadditum ipsi concessioni feudali, quod non releuat, siquidem causa primordialis, & non ea, quæ superadditur, 30
attendi debet *l. si id quod, ff. de donat.* in illis verbis, *non titulus actionis, sed debiti causa respicienda est. Paul. de Castr. cons.* 441. *num.* 2. *vers. item probatur lib.* 1. vbi *quod institutus à grauato non dicitur bona capere ab ipso, sed ab eo, qui primordialiter eum vocauit. Crauett. cons.* 357. *num.* 4. vbi *quod bona donata potius recipiuntur ex donatione, quàm ex Testamento donatarij. Menoch. cons.* 540. *num.* 4. vbi *quod causa illa dicitur* 31
lucratiua, quæ originem, & principium habet lucratiuum, & infra, quod debitum censetur voluntarium, vel necessarium inspecta origine, & principio, & sequitur *Rota decis.* 19. *num.* 8. *par.* 6. *recent.* Vnde concessio sic superaddita remanet merè gratiosa, & merum priuilegium, quod absque difficultate potuit ab eodem Pontifice reuocari, prout per multa probat *Menoch.* 32
cons. 604 *per tot.* qui hunc casum decidit

idem

idem *Menoch.lib.2.præsumpt.* 10. *num.*29. cum alijs congestis per *Surd. conf.* 419. *num.*9. & sequitur *Mastrill. de Magistrat. lib.*3.*&* 4.*num.*318. *et seq. Peregr. de Iure Fisc. lib* 1.*tit.*3.*num.*19. *vers. potest tamen.* vbi *ampliat hoc etiam facere posse sine causa, & reuocare ne dum priuilegia ab ipso, sed etiam à Prædecessoribus concessa*, quorum legibus non ligatur, Et in specie quod
33 Princeps possit reuocare concessionem regalium factam per eius Prædecessores plurib.cit. tenet *Montan.de regal.lib.*1.*concl.*2.*vers secundo concessio regalium, Sixtin.eod. tract.lib.*1.*c.*6.*n.*2.*vers. secūdo si concessio*, & quod gratia sit superaddita probatur etiā
34 ex verbis, & nihilominus quæ augent dispositionem, & importāt vt vltra id, quod concessum fuerat, alterum concedatur *Gonzal.ad reg.*8.*§.*7.*proem.nu.*123.*&* 124. sicuti etiam ex subsequentibus verbis, ibi
35 *volentes erga eumdem Petrum Aloysium nos reddere gratiosos*, quia standum est declarationi, quam illi dedit dictus Pontifex *Aym. cons.*20. *nu.*40. Et in puncto *Decian. cons.*25. *num.*93. *lib.* 1. vbi quod vox gratia significat fauorem, & beneficium absque vlla receptione recompēsationis pecuniarum subiungeñ, quia tunc non esset gratia, & infra vbi quod gratiosas, & gratiosè dicitur, quando non interuenit
36 pecunia. Rursus motiuum redditur indubitatum, ex quo hæc noua concessio fuit addita post confirmationem primæ gratiæ, & nihil pro ea datum fuit *Rot. decis.*457. *num.* 17. *part.* 1. *diuers. et decis.* 58.*num.*8.*& decis.*88.*num.*4. *par.*1.*recent.* Accedit, quod aliud est ius tractæ, aliud
37 ius extrahendi propria frumenta, illud enim est prouentus, & vectigal, quod ex Portu percipitur, & hoc vectigal, seu Portorium à Portu dictum inter regalia connumeratur. *Isern.in c.*1.*verbo Portus nu.*9. *quæ sint Regal.vbi Afflict.eod. verb.vers.*1. *Aluarott num.*2 *Sixtin.de regal.lib.*2.*cap* 4. *n.*10. *Giurb de feud.prælud.*2.*sub n.*24.quod pariter nihil habet commune cum facultate extrahendi proprios redditus, quæ nullatenus est de regalibus, imò circumscriptis Statutis, & Edictis Principum, & 38
Superiorum cuilibet licet sua recollecta extrahere, & ad alium locum transportare. *Hier. Laurent. decis.*40. *num.*3. *Cancer. var.resolut. lib.*3. *cap.*3. *de Iuribus Castrorū n.*156.*vers.dixi regulariter.* Imò etiā hæc 39
licentia extrahendi cōcessa Ducibus Castri probat eisdem non fuisse concessum ius tractarum, quia est de extrahendo frumenta liberè, & licitè absque solutione alicuius vectigalis, & pedagij, si enim concessum fuisset ius tractarum, itaut vectigal rerum extrahendarum ipsis esset soluendum, vtique non nisi ineptè dictū fuisset, quod possent extrahere frumenta absque solutione vectigalis, & pedagij, cum vectigalia non exigantur à se ipso, sed ab alijs *Guttierez tract.de Gabell. quæst.* 85.*num.*20. *et per tot.* Confirmatur quia 40
etiam ius tractarum non comprehenditur sub concessione generali regalium, nisi de hoc iure tractæ fiat specialis mentio *Loffred contr.*24.*in princ. vers.tanto fortius.Mastrill.de Magistr.lib.*5.*cap.*9.*nu.*37. *Montan. de regal. verb. Portus num.* 3. *vers. & ità est de insolitis*, vbi *quod in Consilio Regio fuit resolutum immunitatem etiam amplissimam non comprehendere hoc ius extrahendi*, quinimò cum in dicta concessione actum fuerit de extractione frumentorū, 41
& Pontifex gratiam suam restinxerit ad extractionem eorum quę erant propria censetur alias facultates, & multo quidē magis dictum ius extrahendi denegasse *l.cum Prætor.ff.de Iudic.Beec.cons.*55.*nu.*11. *Ciriac.contr.*55.*num.*6.& facit, quod dispositio generalis non extenditur ad ea, 42
de quibus fuit generaliter prouisum, *Surd. cons.* 349.*num.*37.*vers. neq. maior. Crauett cons.*95.*num.*10.

Sed posito quod Ius Tractarum huiusmodi fuisset specificè, & expresè concessum

cessum adhuc potuisset reuocari, quia
43 concessiones huiusmodi habent clausulam insitam, quatenus concedenti non placeat eas reuocare, adeout ante factam extractionem cum effectu illi, cui concessa fuit, nullum ius dicatur fuisse quæsitum plenè *Maur. alleg.* 38. *num.* 2. *& ibi addent. lib.* 2. *Regens à Ponte de potestate Proreg. tit.* 5. *de tractis num.* 16. *cum pluribus seqq. Mastrill. de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 56. *&* 57. vbi *quod ita fuit pluries determinatum, & in specie contra Ducem Terræ nouæ plenius Menoch. d. cons.* 604. & sic habemus casum decisum contra feudatarium habentem facultatem extrahendi, quæ licet generaliter procedant, tamen multo magis procedunt in haben-
44 tibus facultatem perpetuam extrahendi vt per eumdem *Mastrill. vbi supra numer.* 57. *vers. quod maximè*, & ratio est, quia quando facultas conceditur de anno in annum, ex reuelis publicis, quæ annuatim transmittuntur ad supremum Tribunal, prout ea etiam transmittuntur Romã de Prouincijs Status Ecclesiastici facile sciri potest, an de illo anno conueniat tractas concedere, vel eas denegare, idem *Mastrill. d. cap.* 9. *nu.* 41. 43. *& seqq.* quod non potest sciri, & obseruari respectu eorum qui habent tractas annales, & perpetuas, quia si illæ reuocari non possent ad libitum, sequeretur sæpe sæpius, quod de frumentis status concedentis conseruaretur vbertas in alienis Statibus & Prouincijs, proprius autem Status, sæuiente penuria fame periret contra regulã ordinatæ caritatis, iuxta quam proprijs agris sitientibus alij non sunt irrigandi.
45 *l. Præses, C. de seruit. & aqu. Anchar. cons.* 84. *num.* 4. *& probat Text. in l. si quis, C. de aquaduct. lib.* 11. *in fine*, ibi *quod his personis quibus nostra serenitas indulsit aqua superflua debeat impertiri, per quem Text.* Bart. *ad propositum, ibi num.* 4. *notat, quod si de frumento communis ærarij debetur alicui certa quantitas annualis, ea debet tribui, quando de frumento superest. Mastrill. d. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 58. *&* 59. vbi *dicit has concessiones esse conditionales*. Vnde est quod quando feudatarij volunt facere extractiones ipsis permisas non possunt illas facere nisi 46
cum licentia Principis *Camill. de Curte de feud.* §. 9. *num.* 93. *Giurb. d. prælud.* 2. *sub num.* 24. *vers. nec ad hoc extrahendi*, & bene cum vt dictum est ad Principem spectet apertura, & clausura Portuum, propter quod eisdem licet Tractas quantumuis debitas denegare, ne proprius status indigeat.

Quæ facilius etiam procedũt, quoties 47
Princeps huiusmodi reuocationes facit per viã legis generalis, & ex causa publicè vtilitatis, nam tunc potest, quodcumque priuilegium reuocare, quamuis emanasset per viam contractus, *Gabr. de iure quæsito non tollen. conclus.* 2. *num.* 14. *Ciriac. cæteros adducens contr.* 75. *num.* 20. *& seq. qui num.* 23. *addit. quod quando Princeps procedit per viam legis generalis non tenetur ad pretij restitutionem.*

At postmodum cessat ansa dubitandi ex obseruantia subsecuta, quia dum 48
Pius IV. Pius Quintus, & alij Pontifices per eorum Constitutiones prohibuerunt extractionem frumentorum dd. Duces non solum à dd. prohibitionibus non reclamarunt, sed illis, ac inhibitionibus illorum vigore emanatis acquieuerunt, in totum, & dum postea frumenta extrahere voluerũt licentiam à Sede Apostolica nempè à Iulio II. & Sede vacãte per illius obitum à Card. Sfortia Camerario impetrarunt, vt benè, & appositè deducitur in alia Informatione Facti, ex quibus duo principaliter sequũtur, primum videlicet, quod ex obseruantia subsecuta fuerit declarata qualitas priuilegij circa illud extrinsecum, si enim fuisset irreuocabile, vtique non obstantibus dd. prohibitionibus fuisset effectuatum, verum cum

con-

contrarium euenerit, ideo ex obseruantia probatur priuilegium fuisse tale, vt reuocari potuerit. *Rot. decis. 136. num. 10. & 12. part. 1. recent.* vbi *loquendo de quodam Indulto Leonis X. dicit obseruantiam interpretatiuam esse illam, per quam contenta in Constitutione seruantur*, idem firmatur in *decis. 196. num. 7. ead. par. 1. & decis. 319. num. 4. & 5. part. 6. recent.* Alterum verò quod cum secuto obitu Pauli Tertij, Iulius Tertius immediatus successor in Pontificatu, & cæteri Pontifices diuersas fecerint prohibitiones circa frumentorũ extractiones, & qualscumque facultates extrahendi reuocauerint, exceptis illis, quæ concessæ fuissent ex causa onerosa scilicet per pecuniarum exbursationem,

49 Duces Castri illis acquieuerunt per quam acquiescientiam omne eorum Ius, & priuilegium extrahendi amiserunt *Bald. & DD. in l. 1. num. 7. vers. sed si te, C. de ser. & aq.* vbi quod si te volente eleuare Domum tuam Iure seruitutis, prohibeo, & tu acquiescens prohibitioni non ædificas per hos actus constituor in possessione, & ex tunc incipio præscribere, & quod ad summum requiritur cursus 20. annorum à die prohibitionis *Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina nu. 50. de caus. possess. & propr. Balb. de præscript. par. 4. 5. p. principalis num. 3. in princ. & per tot. illum numerum Crauett. de antiquit. temp. sect. 4. §. fin. incip. materia ista num. 99. vers. sed hic dubitatur, Surd. cons. 127. num. 21. & 22. & Rota dec. 288.*

50 *num. 14. par. 6. recent.* & multo magis quia vltra dictam acquiescentiam dictas prohibitiones etiam per quamplures actus positiuos supra expressos approbarũt *Bal. in l. 2. num. 18. vers. nota si quis, C. de seru. & aqua.* vbi quod si quis debet interesse electioni de Iure, & ipse petit se admitti ex

51 gratia, hoc ipso perdit suam possessionem sicuti habens priuilegium, si venit casus illo vtendi, & ipse eo non est vsus, dicitur illud perdere per non vsum decem annorum *glos. in l. 1. ff. de nundinis, Felin. in cap. cum accessissent num. 25. de Constit. & ibi etiam Dec. num. 27. Gabr. cons. 163 num. 1. lib. 1.* vbi quod speciale est in Ecclesia, vt nõ requiratur cursus 30. aut 40. annorũ, *Rot. in Burgen. portionis 6. Februarij 1584. coram Orano* vbi quod certum est, priuilegium per non vsum ammitti cum cursu decennij, & in terminis illius, qui quando venit casus vtendi regalibus sibi concessis illis vsus non fuit. *Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 6. num. 30. & tribus seqq. nn.* sic quoque si habens priuilegium illo vta- 52
tur strictè, & limitatè priuilegiũ perdit, quoad vsum magis latum, *Bart. in l. vsum n. 2. vers. nota legem, C. de aqueduct. lib. 11. Paris. cons. 35. num. 21. lib. 1.*

Ex his autem actibus positiuis contra- 53
rijs, & ex nõ vsu priuilegij probatur quoq. Duces Castri fuisse similiter comprehensos in dd. reuocationibus, cum non sit recedendum ab interpretatione, quam illi dederunt ipsimet Duces, in puncto *Cuman. cons. 161. nu. 3. Menoch. cons. 104. num 13.* quæ obseruantia est etiam vndequaq. iuridica, nam cum Pius IV. per eius Constitutionem 99. innouatam à 54
Pio V. & alijs Põtificibus reuocauerit omnes licentias, omniaque priuilegia extrahendi frumenta, & cuiusuis generis blada per prædecessores Pontifices concessa quibusuis personis cuiuscunq. dignitatis, etiam Ducali, & Marchionali, Comitiali, ac alia sæculari dignitate, ac excellentia, nec nõ Cardinalatus honore fulgentibus sub quibuscumque tenoribus, & formis, & æde Constitutiones fuerint innouatæ per Paulum V. Constit. 12. & denique per Sanctiss. D. N. Constit. 28. ideo non videtur posse dubitari quin Duces Castri fuerint sub reuocationibus huiusmodi comprehensi tam virtute dictæ clausulæ cuiuscumque dignitatis, & expressionis Cardinalium, qui æquiparantur Regibus vt in responsione ad secundam partem

num. 78. & apertius ex verbis etiam Ducali, & alia maiori dignitate, quia dictio
55 etiam exprimit casum magis dubitabilē, & implicat minus dubitabilem, & auget præcedentē dispositionē *Surd.d.conf.303. nu.15.* ac exprimit casus maiores expresis benè *Gemin.conf.65.n.8.* vbi decidit casū nostrū cum enim ibi dictū fuisset de gratijs factis etiā sæcularibus tàm Regibus, Comitibus, & alijs cuiusuis conditionis, & ortum fuerit dubiū, an verba comprehenderent etiam dignitates Ecclesiasticas respondit *Gemin.* illos quoque comprehendi, quia species restrictiua iungebatur verbo implicatiuo etiam sæcularibus, quæ dictio implicatiua exprimit diuersas species ab expresis, quod etiā probat *Rota decis.51.nu.8.par.1. & dec.721. num.6. & 7.par.2.recent.* & ita Duces in genere comprehendūtur sub dd. Constitutionibus vigore dd. verborum etiam Ducali, sed cum additur, vel alia seculari dignitate, & excellentia comprehenduntur omnes Duces cuiusuis potentiæ, quia
56 licet dictio alia sit repetitiua similium, *gloss. in cap. cum non ab homine verb. alio crimine extra de Indic. Hond. conf.7.nu.31. lib.2.* tamen non potest intelligi de Ducibus expresis, quatenus sub verbis etiā Ducali &c. nō comprehenderentur Duces maioris potentiæ, sed debet intelligi de Ducibus diuersis, cum nullum simile sit idem, ideo verba etiam Ducali, quæ implicant casum magis dubitabilem necessario sunt intelligēda de Ducibus maioris potentiæ, posito vt dixi, quod in primis verbis non essent comprehensi, quia sunt Duces licet maiores, & tales, qui forte nō venirent sub simplici appellatione Ducum, vt ex relatis probat *Surd.*
57 *d.conf.303. num.33. & 34.* vbi inter alia quod nihil potest dici simile, nisi supponatur alterum, cui assimiletur. Et prædicta non obstante, quod hodie Dux Parmæ decoretur titulo Serenitatis, & non titulo Excellentiæ considerato in dd. re-
uocationibus quia contrarium seruaba- 58
tur de tempore Pauli Quarti, & Pij Quinti à quibus primę emanarunt reuocationes vt est notum, & apertè colligitur *ex Rim. Iun. conf.538.num.6. vers. nam propterea* vbi loquens de Ciuitate Pisauri sic loquitur, *in qua vigebat Illustrissimus, & Excellentissimus D. Guidobaldus, & nunc Serenissimus eius filius*, qui titulus Excellentiæ fuit continuatus vsque ad tempus Gregorij XIII. & Sixti V. vt in Sūmario nostro n.16. & 17. sed quia postmodum auctis titulis sicut mala herba, Marchiones cæperunt prætendere titulum Excellentiæ olim solis Ducibus, competeū, vt ex *Menoch. conf.302.* quamuis is titulus Excellentiæ antiquitus daretur etiam Regibus, ideo vt Duces ab his differrent titulo honorifico, cōsuetudo cępit eos vocare Serenissimos *Menoch. eod. conf. 302. n.14.*
Vltra quod magna est differentia inter 59
Ducem Castri, & Ducem Parmæ aliosq. ab Additionatore nominatos ille enim ex decreto Cōsistoriali nō fuit creatus ad instar Ducum maioris potentię, sed ad instar Columnensiū, Vrsinorū, & Gaetanorū ex primarijs nobilitatibus Vrbis ideoq. eorum locum, & naturā sortiri debet *Ruin. conf.76. n.14. lib.3. Menoch conf.738.n.6.*

Ex quibus non opus est respondere 60
Additionatori ad votum *Seraphin. seu post 2.vol.conf. Farinac. decis.61. verb.* immediata tenenti Constitutionem Sixti V. emanatam contra eximentes delinquentem à Curia non comprehendere eos, in quos sunt alienata fæuda vti fæuda maiora subiungeū prout sunt Ducatus Ferrariæ, Parmæ, & Vrbini, quia Seraphin. nihil de hac re dicit neque iure dicere potuit, quia semper verū est; quod quando Princeps supremus facit legem, & mandat eam obseruari in locis immediatè subiectis, ea est indistinctè obseruanda in locis, & statibus quorumcumque vassallorum

lorum, cũ ad eos nõ pertineat leges supremi Principis interpretari in eius præiudicium (præter enim alia superius allegata in his terminis) speciale est in concessio-
61 ne iurisdictionis, vt Princeps possit illam quandocumque quoad omnes vassallos reuocare, & supprimere *Bald. in l. si patris num. 10. vers. vnde potest, C. vnde liber. Gramm. decis. 46. num 2. & quampluribus seqq. vbi nu. 4.* quod iurisdictiones fluunt à Rege, & ad Regem refluunt, *& num. 5.* vbi quod successor in Regno ad eius libitum reuocat priuilegia gratiosa suorum prædecessorum *Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. tit. 3. num 31.* quod multo magis facere potest dum Inuestituram non aufert, sed aliquas Constitutiones, & leges promulgat nam inter Regalia Principi supremo
62 reseruata illũd est præcipuum, quod possit ferre leges etiam in locis suorum subditorum obseruandas, vt plene per *Menoch. d. cons. 604. num. 2. & num.* 14. vbi quod Princeps concedendo feudum, videtur concedere ius, quod habet tanquã Dominus particularis illius Castri, non autem illud, quod obtinet vti supremus Dominus, quod probat etiam *Giouagn.*
63 *cons. 14. num. 28.* quia hoc dominium, & illa superior iurisdictio est adeo annexa Coronæ, vt ab ea euelli, & separari non possit *vt in eod. cons. nu. 11.* & huius sententiæ sunt omnes ab Auctore libri citati pro antesignanis suæ opinionis pag. 30. num. 97. *Cephal. enim cons. 138. num. 49.*
64 respondendo ad obiectum, quod fecerat *num. 7. & 8.* quod nempe Summus Pontifex non videbatur a se omnino abdicasse ea regalia, quæ in Ducem Ferrariæ transtulerat, quominus ipse quoque eadem exercere posset sub num. 49. respondit obiectum procedere vbicumque non agitur de commodo pecuniario, sed de mera auctoritate, & potestate, ex quo cẽsetur semper eamdem retinuisse auctoritatem subiungens num. 52. hæc formalia verba videlicet *quæ iurisdictio semper remanet penès Superiorem, cum ipse superior iurisdictionis proprietatem officiali non censeatur concedere, sed solam eius administrationẽ, & propterea habet potestatem reuocandi illam ad libitum* in quo non potuisset melius dicere, si pro Camera in hoc indiuiduali casu scripsisset, *Laderch. cons. 71.* consuluit inter Dominum Saxoli, & vniuersitatem Mutinensium, & ideo non tangit nostrum articulum, sed tamen ante numerũ primum, dicit receptissimam sententiam, quamuis nonnulli contradicant Duces, Comites &c. qui perpetui Domini sunt, etiam si alij supremo Principi 65
subijciãtur possũt in suo Territorio, quod potest Imperator in Orbe ergo dum fatetur ipsos esse eorũ Principi supremo subiectos, non recedit à nostra opinione, licet in illa quam dicit receptissimam opinionem decipiatur *vt ex Rosent. de feudis c. 5. conclus. 33. in glos. littera B. vers. quamuis Menoch. qui consuluit in casu Cephal. laborat in probando,* quod vectigal salis pertinebat ad Ducem Ferrariæ, & ita vel non tangit difficultatem, vel residet cum distinctione eiusdem *Cephal. Rot. decis. 174. num. 17. par. 5.* dum loquitur de Magno Magistro, 66
inquit quod si Magister assumatur tanquam Princeps recognoscens superiorem respectu subditorum potest omnia, quæ possunt alij Principes, & citat DD. loquẽtes de Duce Mediolani, & Ferrariæ, & Parmæ, & sic decisio retorquetur, quia dicendo respectu subditorum satis videatur contrarium tenere respectu superiorum *Natt. cons. 661. nu. 6.* qui etiam consuluit in casu Cephali, & exaduerso non 67
allegatur distinguendo ait, quod aut illi Duces recognoscunt superiorem, & æquiparantur Iudici, & Magistratui, aut non recognoscunt Superiorem, & sunt loco Principis, & propterea totum eius consiliũ restringit ad id quod Papa nominatim concesserat ius vectigalis. Vltra quod

Acce-

Accedit, quòd si forte aliquæ Constitutiones Apostolicæ seruatæ non fuerunt in locis mediatè subiectis Cameræ Apostolicæ id esse potuit, vel quia hoc Summi Pontifices ignorauerint cum tamen contra Constitutiones Summi Pontificis
68 prescribi non possit absque eius scientia, quæ etiam sit certa, & specifica *Caualer. decis. 91. Romana Concordiæ num. 6. & 8. & decis. 111. num. 1.* vel ex coniecturata
69 eorum voluntate, ex eo quod ipsi Duces habuerint in eorum terris statuta, & decreta particularia super eisdem casibus de quibus loquuntur Constitutiones ab Additionatore cõsideratę *vt per Corn. cons. 151. nu. 6. lib. 3.* ideo in simili Constitutio Ægidiana locum non habet in locis in quibus adsunt statuta similia *Rot. apud*
70 *Pacific. decis. 248. num. 3.* sicut quod dicit *Farinac. de furt. quæst. 172. num. 81.* quod nempe Duces Sabaudiæ, Parmæ, & alij in suis statibus imponunt gabellas procedit ex particulari priuilegio ipsis concesso à Principe supremo, vt de concessione Duci Castri apparet ex Inuestitura exaduerso relata pag. 2. primæ partis ibi etiam impositionis nouorũ vectigalium.

71 Quo vero ad secundum obiectum factum super declaratione Clementis VIII. in fauorem Ducis Raynutij, illud facilius cessat, nam ipse motus fuit ad ita declarandum, quia Congregatio ab ipso deputata retulit quod omnes de ipsa Congregatione re ad plenum discussa vnanimiter, & vniformiter censuerant, & concluserant ex supradictis literis prędictam extractionem liberè, licitè, & plenariè, & sine aliqua exceptione Ducibus Castri, & eorũ successoribus pro tempore competiisse, & competere, ac quodcumque impedimentum eis à Camera, & quocũque alio fieri non potuisse, nec posse, sed in facto non subsistit, quod dd. Duces haberent tantam facultatem extrahendi vt illis prohiberi non posset vt supra ex pluribus fuit probatum, ergo dicta declaratio Clem. fuit nulla tanquam emanata ex causa falsa, quæ vitiat omnem dispositionem *l. magis puto, §. 1. ff. de reb. cor. l. si per errorem, ff. de iurisdict. omn. iud. Decian. cons. 19. num. 74. lib. 3. & num. 83. vbi pluribus exornat Bertazzol. cons. ciuil. 12. num. 30. & num. 33.* vbi quod tollitur decretum probatione contrarij eius, quod exprimitur, *& num. 34.* dicens quod si veritas non fuit expressa, sed tacita, decretum tanquam surreptitium, & obreptitium redditur nullum, *Ciriac. controuers. 257. num. 13 & controuers. 303. num. 68. & 69. Cæsar. Manent. decis. 7. num. 50. & 51.* dicens quod confirmatio Papæ etiam ex certa scientia non operatur quominus doceri possit de falsitate causæ, *& nu. 54.* vbi quod Principis rescriptum vel decretum non confirmat male gesta, nec tollit remedia rescissoria. Et hæc siue decretũ seu declaratio Principis emanauerit ad instantiam partis, siue motu proprio, quia 72
error, & deceptio, quæ interuenit in substantia facti influit in omnes clausulas accessorias *Paris. cons. 1. ex num. 73. vsque ad num. 99. lib. 1. Menoch. cons. 103. nu. 76. 77. & 78.* vbi quod dictæ clausulæ nihil operatur quando Princeps non fuit bene informatus, & idem tenet *Ciriac. dicta controuers. 257. num. 53. & controuers. 303. num. 69. Manent. d. decis. 7. num. 51. & seqq.* vbi quod non attenduntur clausulæ motu proprio ex certa scientia, & de plenitudine potestatis *Caualer. decis. 612. num. 29. Gregor. decis. 164. num. 8. et 9.* Maxime quia vltra relationem Congregationis in proemio dictarum literarum Clementis ad ipsum magis mouendum narrantur omnes dictę surreptiones quia 73
proemium regulat totam dispositionem, & omnes clausulas ibi adiectas *Rot. apud Duran. decis. 49. num. 22. et seqq.* vbi quod clausulę intelliguntur semper retento eodem themate proemij, & rursus maximè,

quia Papa expresse mouetur ex eadem relatione, vt in illis verbis, *qua relatione intellecta, ac ei inhærentes*, quæ faciunt con-
74 ditionem; *Farin. cons. 47. num. 4. & 16. lib. 1.* Et demum tertio quia fuit quoque narratum tempore Pij IV. & Pij V. emanasse plures inhibitiones ad impediẽdos Duces, & nihilominus ipsos eorum quasi possessionem extrahendi retinuisse, ex his enim dictus Pontifex intelligere potuit
75 dictum eorum priuilegium fuisse in vsu, & secundum eumdem vsum in contradictorio iudicio fuisse obtentũ, quæ reddiderunt Pontificẽ faciliorem ad dictã concessionem confirmandam cum Papa in similibus confirmationibus soleat apponere clausulam dummodo sint in vsu, te-
76 ste moderno *Lusitano claus. 12. in princip.* quæ importat conditionem, seu modum qui debet probari *Ferrett. cons. 3. num. 8.* & vsus quoque qui fuit obtentus in iudicio sit maioris efficaciæ, imò aliter non rele-
77 uet *Natt. cons. 534. num. 14.* quia multa per patientiam tollerantur, quę si fuerint in iudicio deducta tollerari non debent per iustitiam, vt inquit *Gregor. decis. 162. num. 11.*

Neque surreptio cessat ex relatione dictæ Cõgregationis, nam Pontifex ex qualitate, & numero illorum DD. de Congregatione credidit, & credere debuit relationem esse veram *Barz. dec. Bonon. 150. num. 3. vers. & in clarioribus*, Vnde quia
78 hodie relatio detegitur minus vera, iure merito de illa non est habenda ratio, & potest ab ea prouocari non vti à sententia Pontificis etiam quod Pontifex ipse sententiauerit, seu declarationem fecerit, sed vti à declaratione eorum, qui factum minus vere retulerunt. *Barz. d. decis. 150. per tot. Scacc. de appell. quæst 16. limit. 1. n. 130.* vbi in specie quod videtur magis appellari aduersus errorem relatoris, quam à sententia Principis, *& num. 144.* dicens quod grauamen quod infertur per mendacem relationem potest reparari per appellationem, ergo multo magis potuit à Pontificibus successoribus sperni.

Sed stante quod priuilegium Papę fuerit reuocabile vt supra fuit probatum de- 79
claratio, quod liceret Ducibus licitè, & libere dicta frumenta extrahere non fuit declarare quod priuilegium esset perpetuum, sed intelligitur rebus sic stantibus: hoc est quatenus non superuenirent reuocationes ipsius Clementis, & Pontificum successorum, quia cum facultas extrahendi sit conditionalis, habeatque insitam naturam, quatenus non reuocẽtur, vt supra fuit probatum, non censetur idem Clemens illam in præiudicium Sedis Apostolicæ confirmasse taliter, quod in futurũ esset irreuocabilis *Rot. decis. 400. num. 3. & per tot. par. 5. recent.* nec etiam voluisse sibi ligare manus, vt non posset iux- 80
ta qualitatem gratiæ eam ad eius libitũ reuocare *Rot. decis. 325. num. 30. eadem par. 5.* imò non censetur Ducibus dare voluisse tantam auctoritatem, quin sibi maiorem reseruauerit *c. dudum de præben. n. 6. Gonzal. ad reg. 8. glos. 9. §. 2. num 6. Seraph. decis. 1188. num. 1.* Minusque ligare voluisse manus suorum successorum *c. fi. de rescript. lib. 6 Bisignet. decis. 26. num. 2. de præben. Gonzal. loco cit. vers. nec potest Rota decis 666. num. 1. part. 1. recent. & d. decis. 325. & ex eisdem num. 17. par. 5.*

Ex quibus patet responsio ad regulam 81
de Iure quæsito nõ tollẽ, quia non intrat quoad ius reuocabile, quod habet se ad esse, & nõ esse *Roman. cons. 256. in fine vbi addentes in verb. conditionaliter. Felin. in c. super literis n. 11. in vers. & adde de rescriptis*, vbi quod regula non intelligitur nec de iure conditionali, nec de eo, quod non est perpetuo duraturum, *Paris. cons. 82. num. 37. lib. 4. Rot. decis. 759. num 9. par. 1. diuers.* sicut non intelligitur respectu eorũ quæ fiunt ratione publicæ vtilitatis, *Felin. in cap. nonnulli num. 15. de rescript.* dicens, quod

quod vbi dispositio resultat ad publicam vtilitatem, nulla procedit regula derogatoria *Seraph. dec.* 1403. *n.* 2. Sed nec locum habet regula quoties gratia est de sui natura præiudicialis, *Cassad. decis.* 1. *de priuil. Corn. cons.* 83. *nu.* 15. *vers.* 3. *respōdetur lib.* 4. quia regula est fundata in defectu intentionis, de quo dari non potest dum apparet Papam ita statuere voluisse *Seraphin. decis.* 764. *num.* 3.

Tertium fundamentum longè vali-
82 dioribus responsionibus tollitur, quia quamuis ex Instrumento appareat Cameram deuenisse ad concordiam cum Duce Raynutio, tamen veritas est, quod illa non fuit concordia Cameræ, sed noua gratia ipsi facta à Clemente VIII. ex quo per eius Chirographum mādauit eidē Cameræ, vt illam stipularetur cū his, & his capitulis, vt in verbis eiusdem Chirographi in Instrumento cōcordię inserti, & in libro Auctoris registrati pag. 11. ibi, *Però vi ordiniamo, che in nome nostro, & della nostra Camera stipuliate cō esso Duca, & suoi ministri, & con le conuentioni, & capituli infrascritti stabiliti sopra di ciò*, Vnde huiusmodi concordia non est attribuenda Cameræ, sed Clementi, actus enim non tribuitur illum agenti, sed ordinanti, & mandanti *c. cum aliquibus de rescript. in* 6. *vbi glos. in verb. concedimus*, ait quod si in literis dicitur, quod quis recipiatur in Canonicum omni casu ille dicitur prouisus auctoritate Apostolica, *l. si hæres test. ff. de act. empt.* vbi si hæres vendit de mandato Testatoris, emptor dicitur habere rem ab ipso Testatore, & non ab hærede. *Surd. cons.* 29. *nu.* 30. qui pluribus exornat, maxime quia mandatum Clementis fuit præcisum, & cum ordine vt Camera stipularetur cum capitulis in Chirographo insertis, & stabilitis idem *Surd. cons.* 376. *num.* 26. dicens quod Tutor datus ex decreto præciso Senatus dicitur datus à Senatu, & non à Iudice, cuius vti ille, qui erat merus executor non erat cognoscere, sed cognitū exequi, *& cons.* 422. *num.* 7. ideoque Clemens VIII.
motus fuit ex eisdem causis falsis, de qui- 83
bus motus fuerat ad faciendam præcedētem declarationem, vt in principio eiusdem Chirographi, ibi, *Essendo che Ranuccio Duca &c. habbia facoltà di poter liberamente estrarre il grano di detto Stato di Castro, & infra come si contiene nelle lettere di Eugenio Quarto, & Paolo Terzo nostri predecessori*, & ibi *essendo che non ostanti le dette facoltà, Li Ministri dell'Annona di Roma habbiano alle volte preteso di potersi valere delli detti grani, quando Roma ne hauesse bisogno, & che in tal caso sia nata difficoltà sopra il prezzo* & ibi *però vi ordiniamo etc.* Nā his causis, & præsuppositis ab ipso Pōtifice factis cessantibus corruit etiam eius dispositio tāquam emanata à Principe non benè informato, vt ex pluribus superius probatū fuit sub nu. 22. & 24. & ita vitium quod
fuit in declaratione Clementis fuit etiam 84
in concordia ex eisdem causis facta *Io. Andr. in c. quoniā contra n.* 51. *vers. nec obstat de probat. Fulgos. cons.* 73. *n.* 4. *Dec. cons.* 473. *num.* 13. *& seqq.* vbi quod laudum fundatum super conuentione reprobata à iure est pariter nullum, *Socc. iun. cons.* 41.
num. 17. *&* 18. *lib.* 2. licet quando esset 85
trāsactio ea quoque vti inita ex falsis causis esset retractanda *l. si ex falsis C. de trans. Parif. cons.* 96. *num.* 24. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 618. *num.* 5. *& cons.* 706. *num.* 43. vbi ampliat etiam in transactione iurata, quæ insuper vti mere gratuita subiaceret eisdē
reuocationibus, quibus subiacet dicta de- 86
claratio, sed multo quidē magis propter pacta exorbitantia, quæ in ea cōtinentur, in qua inter alia disponitur, quod si Camera declararet se velle habere frumenta d. Status Castri, ea solui debeāt, vtutur verbis Chirographi vt supra in Instrumēto inserti *al prezzo maggiore, che si fossero venduti li grani dal giorno della d. dichiaratione*

ratione per tutto Maggio subsequente in Pisa, Liuorno, Viareggio, Lucca, Napoli, e Genua, quod pactum fuit iniustissimum, tum quia in eo non habetur ratio expensarum quę necessariȩ sunt, pro deferendis frumẽtis ad dd. loca tũ quia secundũ transactionẽ non erat in facultate Ducis sua frumẽta retinere vsq. ad mensẽ Maij, sed tenebatur ea Cameræ vẽdere post declarationẽ factã, quæ fieri poterat, de mense Iulij, Augusti, & seqq. mensium præcedentis anni, & ideo conuentio, quod solui deberent pro pretio maiori quo vendita fuissent per totum mensem Maij nõ sustinetur *c. in Ciuitate, c. nauiganti de vsur. late Cepol. cons. ciuili 10. num. 21. vers. sed contrarium*, vbi quod non debet inspici intentio contrahentis, cum sit semper verũ quod super abundantia recipitur *Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 3. num. 6. vers. quod si non esset venditor*, & augetur iniustitia pacti, quia frumenta fuerunt promissa tempore necessitatis, & pro necessitate
87 Vrbis Romæ, cum tamen tali tempore quisque cogi possit ad vendendum frumenta etiam viliori pretio *Bart. in l. 1. §. cura carnis num. 1. ff. de off. Praefecti Vrbis; Roman. in l. 2. num. 12. ff. sol. matr. Alex. cons. 190. num. 3. verb. nisi tempore necessitatis lib. 2. vbi adden. citant. Rip. & alios Tiraq. de retract. in praefat. num. 28. vers. ex quo fit, & non dissentit Couar. var. resolut. d. lib. 2. cap. 3. nu. 5. vers. vnde quod Bart. scribit, Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 22. nu. 18. vers. ideo valet statutum*, quamuis
88 extra tempus necessitatis habentes frumenta venalia cogi possint ad ea vendendum pretio currenti in loco vbi est facta venditio, non autem ad pretium quo carius venderentur in alijs locis, *Bart. in l. 1. §. cura num. 1. ff. de extra ord. crim. Tiraq. & Couar. locis citatis, & alij passim.* At postremo dicta transactio tamquã ea quæ processit ex mera liberalitate dicti Põtificis iubentis, vt Camera illam stipularetur cum capitulis insertis, & pro qua Camera nihil habuit quinimo in iuribus sibi competentibus remãsit læsa subiacet vt dixi semper eisdẽ regulis reuocatorijs, ex quo vt supra fuit probatum intelligitur 89
rebus sic stantibus, & quatenus ab eodem Pontifice, vel à successoribus Põtificibus non reuocaretur ex in specie adductis per Regentem à Põte *in citat. tit. 5. de potestate Proreg. d. nu. 31.* vbi generaliter loquendo ait omnia priuilegia habere insitã clausulam rebus in eodem statu permanentibus ex regula *cap. suggestum de decim.* subiungens quoque quod statu mutato, & vrgente necessitate incipit priuilegium fieri iniquum, & ideo non est seruandum secundum *gloss. & omnes in eod. cap. suggestum*.

Nunc vero satisfaciendum est inhibitioni à Tribunali Cardinalis Camerarij emanatæ sub his verbis videlicet *prohibiamo, ordiniamo, & commandiamo, che nessuna Communità, ò Vniuersità, nè qualsiuoglia persona di qualsiuoglia stato &c. Duca etiam dell'istesso stato di Castro, ardisca estrarre, ò fare estrarre da detto luogo di Mõt' Alto, ò altri luoghi di S. A. alcuna quantità di grani, biade &c. senza la nostra espressa licẽza non ostante li detti priuilegij, licenze concesse per l'addietro etiam all'istesso Duca, quali cõ il presente Editto reduchiamo à memoria esser già reuocate per dd. Constitutioni di Paolo V. e di N. S.* quæ inhibitio cũ nullã pœ- 90
nam cõtineat, sed ad memoriam reducat priuilegia fuisse reuocata mirũ est, quod illa quoque adeo exaggeretur per Auctorem libri, quia cessante impositione nouæ pœnæ resoluitur in simplicem insinuationem mentionatarum Cõstitutionum, sicut in simili præceptum Iudicis, 91
quod alioquin arctaret partem ad sibi parendum, si in fine illius Iudex apponat clausulam iustificatiuam, resoluitur in vim simplicis citationis *Alex. in l. de pupillo §. meminisse num. 3. ff. de oper. nou. nunc. vbi*

Paul

Paul. de Castr.n.5. Iaf.n.6. Rip.24. *Parif. conf.*113. *in princ. lib.* 4. quæ etiá reductio ad memoriam, & insinuatio operatur vt
92 Dux potius scire debuerit se esse inhibitú in vim earumdé Constitutionum, ideoq. à frumentorum extractione teneri se abstinere, quam quod de nouo fuerit inhibitus *Feder. de Sen. conf* 126.*nu.*2. *vers.ex istis iuribus*, vbi quod si Iudex sæcularis sciat coram Iudice Ecclesiastico pendere
93 litem super præiudiciali debet in eo supersedere absque aliqua inhibitione *Afflict. decis.*30.*n.*1. *& 4. vbi quod opinio Feder. est vera in suo casu.* In tantum quod si Dux prætenderet sibi licere eius frumenta extrahere de dicto Statu, non obstantibus dd. Constitutionibus Apostolicis recurrere debuerit magis ad Summ. Pontific. à quo dd. prohibitiones emanauerant, seu ad Cameram in qua Sanctitas Sua voluit causam onerosá examinari debere quam ad Cardinalem Camerariú, sicut in casu Federici de Senis fuit recurrédum ad Iudicem Ecclesiasticum, coram quo causa iudicialis pendebat, non autem ad eum, qui litem notificauerat, & propterea id, quod Cardinalis fecit citatione partis non indiguit, cum illam etiam quilibet priuatus ad constituendum Ducem in mala fide facere potuisset *Abb. conf.* 19. *num.*2. *vers. nec obstat si dicatur lib.*2. dum inquit præscriptionem non fuisse interruptam per litis contestationem coram Iudice incompetente, sed per superuenientiam malæ fidei, quæ vti cósistens in solo facto non requirit actum iudicialem, ideoque semper verum est d. notificationem, & Edictum prohibitioté fieri potuisse absq. citatione partis; Vltra quod tritissimú est
94 inhibitiones in Curia passim cócedi absque citatione partis *Lancell.de attent.*2.*par cap.*20. *in præfat num.*110. *vers. contrariú* quę etiam multo minus requiritur, quando inhibitio prout in casu nostro fit ex officio, & non ad instantiam partis idem *Lancell. vbi supra nu.*121.

Et in puncto, quod quando Vassalli, & Principes inferiores superiorem recogno- 95
scentes etiam de regalibus inuestiti tentant se intromittere in exercitio Regaliú, possint inhiberi, & contra illos à præcepto inchoati, testatur *Rosent. in tract.de feud. c.*5. *concl.*13.*n.*15. *vers. vnde colligo, & num.seq.* ergo multo magis potuit Duci Castri notificari eius priuilegia fuisse per dd Constitutiones reuocata, quę notificatio in omnem euentum inseruiebat ad illum excitandum, & prouocandú ad 96
iudicium *Lap. Abb. in c. auaritiæ nu.*2. *in fine, & duob. seqq. de elect. in* 6. vt eo comparente, Commissarius quoque præter supradicta posset probare Ducem asserta priuilegia amisisse per illorum abusum, scilicet per introductionem aliorum frumentorum ab ipso seu eius Ministris emptorum in Terris Sedi Apostolicæ immediatè subiectis postea trásmissorum extra eundem Statum cum notorium sit priuilegia etiam circa regalia per abusum ammitti, vt ex pluribus citatis per *Sixtin.* 97
de regal. lib. 1. *cap.*6. *num.* 34. *vers.* 4. *ammittuntur etiam regalia*; & ex his cessat obiectum prætensæ suspicionis, quia cú vt dixi Constitutionibus caueatur causam onerosam, & alias causas exceptas esse examinandas in Camera Dux potuit in eadem Camera, quam Author libri non dicit esse suspectam comparere, & inibi iura sua deducere, & quidem non à die Edicti Cardinalis Camerarij, sed à die publicationis Constitutionum huiusmodi quoniam de Iure Constitutiones Prin- 98
cipis ligant post duos menses à die publicationis *Bart. in l. omnes populi nu.*37. *ff. de iust. & iur. DD. in cap. cognoscentes vbi Abb. & Felin. num.*7. *Dec. num.*16. *ex de Const. Menoch. de arbitrar. in d. cas.*185. *nu.*7. *vers quartus est casus. Farin. frag p.*1. *verb. Const. num.* 688. sed cum in nostris Constitutionibus decernatur, vt ipsis ad

valuas

valuas Basilicæ S. Petri, & Cancellariæ, ac in Acie Campi Floræ publicatis afficiant omnes, & singulos perinde, ac si vnicuiq. ipsorum personaliter intimatæ fuissent,
99 dubio procul ligare cæperũt à die eorum publicationis *c. cum singula de præben. in 6. Henric.* Boich. *in d.c.2.n.2.in fin. & n.4. de Constit. & ibi etiam Felin. nu.7. in 8. limit. Menoch. d.cas.185.in princ. Farin. d. verbo Constitutio num. 665.* quinimò Constitutiones Summorum Pontificum absque præfixione alicuius termini vim habent ligandi à die quo publicantur Romæ *Gomes. Azor. & alij per Modern. Lusitan. in d. cap. 2. collecti* adeo quod cum Dux non comparuerit Constitutiones quo ad ipsum transitum fecerint in iudicatum *Calcan. cons. 83. num. 12. vers. modo ad propositum. Gabr. de citat. conclus. 1. num. 497. limit. 102.*

Et si Dux postquam prouocatus fuit ad iudicium habuit Cardinalem pro suspecto debuit in eodem iudicio ipsum recusare, quia semper verum est, quod
100 Iudex habet iurisdictionem licet elidibilem per recusationem *l. apertissimi C. de iudic. c. 2. requirit §. 1. vbi suspicionis causam allegare tenetur de appell. Rebuff. in tract. de recusat. art. 2. gloss. 1. in fine* vbi ponderat, quod pars forsan poterat in eo confidere, item dum pars in Iudicem suspectum consentire non intendit debet, ne-
101 dum illum recusare, sed etiam ab vlteriori eius processu appellare cum alijs requisitis de quibus per *Rot. decis. 2. part. 2. diuers. & per tot. Lancell. de attent. post recus. Iud. par. 2. cap. 6. num. 79. Gail. obseru. 33. num. 11 lib. 1. Caualer. decis. 348. num. 4.* Dux autem cum longe post tractarum reuocationẽ in iudicio extinctionis Montium fuerit citatus potius pluries comparuit, ergo declarauit ipsum non habere 102
suspectum *Alex. cons. 12. num. 6. lib. 6. Lancell. d. cap. 6. num. 3. Cas. de Grass. decis. 9. num. 8. de re iud. & Rot. apud Buratt. decis. 388. num. 3.* præterea Dux in causa fuit contumax, qui sicut non appellat, ita non recusat *Marant. in specul. par. 6. mem. br. 2. num. 19. & actus secundo verbo, & quandoq. appellat. num. 287.* & dicam inferius in responsione ad secundam partem.

Addito etiam quod Cardinalis fuit 103
merus exequutor mandati Pontificij cuius partes cum non esset de meritis causæ cognoscere, sed cognitum exequi vt supra fuit probatum, non potuit recusari *glos. in cap. nouit in verbo debuisset, & de appell. Bero. in cap. quoniam contra nu. 154. vers. merus executor extra de appell.* ea ratione, quod actus tribuitur mãdanti, & num. seq. de quo etiam mandato, & iussu Summi Pontificis dubitari non potest, 104
cum idem Cardinalis attestetur viuæ vocis oraculo sibi ita fuisse commissum, *Vestr. in prax. lib. 2. cap. 2. num. 2. Rot. decis. 86. num. 2. & 3. par. 4. diuers.*

SVMMARIVM.

Frumentorum extractio de proprio Statu potest prohiberi nedum à supremo Principe, sed à Dominis Terrarum, Annonæ Præfectis num. 1.

Iudex in suo Territorio pro tempore sui officij potest statuere circa res Annonæ, & frumentorum extractionem prohibere num. 2.

Mediolani viget statutum prohibens extractionem frumentorum sub pœna confiscationis bonorum num. 3.

Prohibitio extractionis frumentorum potest fieri per Locatenentes, Proreges, Rectores, & Potestates Terrarum saltem conuocato Concilio num. 4.

In Regno Neapolitano sunt deputati Magistri portulani non permittentes frumentorum extractiones, & recipiunt cautiones fideiussorias, quod victualia in nauibus onerata non transportabuntur nisi ad locum destinatum num. 5.

Edicta contra extrahentes victualia possunt fieri etiam de tempore abundantiæ. et quare num. 6.

Edicta præfat: sunt de iure, & æquitate, & de consuetudine num. 7.

In Statu Mediolani extat de hoc statutum perpetuum num. 8.

Et in locis limotrophis sunt necessaria nu. 9.

Frumenta publici Canonis emere licet in littoribus num. 10.

Nemo est, qui de dictis statutis dubitet nu. 11.

Nouatio est vnius obligationis in aliam trãsfusio, & fit per dationem insolutum, & debiti solutionem num. 12.

Datio in solutum habet vim solutionis, & nouationis num. 13.

Solutione eius, quod debetur tollitur omnis actio num. 14.

Sublata principali obligatione pignus consistare non potest num. 15.

Nouatio non perimit obligationem primam, sed eam transfundit num. 16.

Datio in solutum perimit obligationem etiam quod creditum assignatum non exigatur num. 17.

Libri Cameræ probant contra tertium nu. 18.

Acquirens rem sibi oppignoratam pignori renunciare censetur, & quare num. 19.

Concessio facta pro tempore limitato vltra illud non extenditur, vt in casibus ibi exemplificatis num. 20.

Confirmatio præsupponit existentiam rei confirmatæ, & actu confirmato quoque est nulla, etiam quod sit facta ex certa scientia num. 21.

Et ex quibus probetur confirmationem esse surreptitiam num. 22. & 25.

Successorum appellatione veniunt omnes in infinitum num. 23.

Constitutio, quæ vnum præsupponit, & aliud disponit non procedit, nisi verificato præsupposito num. 24.

Renouatio emphiteusis debet intelligi secundũ terminos primæ concessionis, maxime cum apponantur verba. Sequendo formam, & modum aliarum locationum num. 26.

Verbum attentis, & attendentes denotat causam finalem num. 27.

Prima Inuestitura est attendenda tanquam basis, & fundamentum aliarum Inuestiturarum num. 28.

Inuestitura generalis recipit interpretationem ab altera, quæ est magis specialis nu. 29.

Causa primordialis concessionis attenditur vt in exemplis num. 30.

Causa lucratiua, & in totum gratiosa, quæ esse dicatur num. 31. & 36.

Priuilegium gratiosum potest à Principe ad libitum reuocari num. 32.

Regalium concessio potest à concedente, & ab eius successore reuocari num. 33.

Verba, & nihilominus augent dispositionem num. 34.

Clausula volentes nos reddere gratiosos quid importet num. 35.

Ius Tracta, seu portorium est de Regalibus num. 37.

Quisque de Iure communi potest de loco ad

locum extrahere sua frumenta num. 38.
Vectigalia exiguntur ab alijs non à se ipso num. 39.
Ius Tractarum non comprehenditur sub concessione generali Regalium, sed requiritur expressa mentio num. 40.
Concessio vnius importat denegationem aliorum num. 41.
Dispositio generalis non extenditur ad ea, de quibus fuit specialiter prouisum num. 42.
Tractarum concessiones habent insitam clausulam, quatenus non reuocentur, adeout ante extractionem factam nullũ ius quæsitum censeatur num. 43.
Maximè si est annalis, & perpetua num. 44.
Agris proprijs sitientibus, alij non sunt irrigandi, & ideo concessio intelligitur de aqua superflua num. 45.
Feudatarij habentes facultatem extrahendi frumenta, ea non extrahunt nisi cum licentia Principis concedentis num. 46.
Priuilegium per viam legis generalis & ex causa publicæ vtilitatis reuocari potest etiã si emanauerit per viam contractus nu. 47.
Obseruantia subsecuta declarat qualitatem priuilegij num. 48.
Quasi possessio in incorporabilibus acquiritur per prohibitionem cum acquiescentia, & tunc inchoatur præscriptio num. 49.
Priuilegium ammittitur per actus contrarios factos à persona priuilegiata num. 50.
Priuilegium amittitur per non vsum spatio decem annorum, & est speciale in Ecclesia quod requiratur cursus 30. vel 40. annorum num. 51.
Habens priuilegium, si eo vtatur strictè illud perdit quoad vsum magis latum num. 52.
Priuilegium est intelligendum secundum interpretationem, quam illi dederunt ipsi priuilegiati num. 53.
Duces maioris potentiæ comprehenduntur sub verbis quibuscumque personis cuiuscumq. dignitatis etiam Ducali, Marchionali, Comitiali, & alia sæculari dignitate, & excellentia num. 54.

Dictio etiam exprimit casum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem num. 55.
Dictio alia est repetitiua similium nu 56.
Simile dici non potest, nisi supponatur alterũ cui assimiletur num. 57.
Duces olim intitulabantur Excellentissimi, sed hodie dicuntur Serenissimi, & quare n. 58.
Dux Castri fuit creatus ad instar Columnensium, Vrsinorum, & Caetanorum, eorumque naturam sortitur num. 59.
Additio ad votum, seu dec. Seraphini post secundum volum conf. Farinacc. circa verba mediatè subiecta Sedi Apostolicæ declaratur num. 60.
Concessio iurisdictionis potest à Principe supremo quandocumque reuocari, & maximè gratiosa, & quando reuocatio fit per viam legis generalis num. 61.
Princeps potest ferre leges seruandas in locis Vasallorum num. 62.
Altum dominium est coronæ adeo annexum, vt ab ea euelli non possit, ideo non censetur tantam iurisdictionem alteri concedere, vt sibi maiorem non reseruet num. 63.
Cephal. cons. 138. Ladereh. cons. 71. & Menoch. cons. 901. declarantur num. 64.
Laderch. dicens Duces, & Comites perpetuos posse in eorum Terris cuncta, quæ potest Imperator in Orbe Terrarum reprobatur num. 65.
Constitutiones Apostolicæ non possunt præscribi absque scientia certa, & specifica Papæ num. 68.
Statutum Ciuitatis dominantis non habet locum in locis sibi subiectis, in quibus sunt statuta specialia, sicut neque Aegidiana num. 69.
Farinacc. quæst. 172. n. 81. declaratur n. 70.
Declaratio Papæ emanata ex falsa causa est nulla, etiam quod sit facta ex Motu proprio num. 71.
Error, qui interuenit in substantia facti influit in omnes clausulas accessorias, neque effectum suum operantur, dum Princeps non
fuit

RESPONSIO
AD SECVNDAM PARTEM.

ENIO ad ſecundam partem, in qua Auctor libri adeò moderatè in præcedentibus ſe ſe habuiſſe arbitratur, vt per veritatis diuulgationem inibi faciendam timeat, quemadmodum ait aliquorum odium ſe fore incurſurum, ſed cum ipſe ea, in quibus cauſæ ſubſtantia principaliter conſiſtit omnino dicere omiſerit, & in ijs, quæ dixit, publicis conuincatur documentis, læto poteſt eſſe animo, quia magis ſe ipſum, quàm alios offendit. Iſta tamen attentius ſunt pertractanda vti ea, à quibus facilè apparebit, an mandata pro Montium extinctione fuerint Iure, vel iniuria relaxata; Et an Duci fuerit occaſio Caſtrum muniendi ad impediendam imminentem mandatorum executionem. Dicam ergo.

AYNVTIVS Farnesius Parmæ, & Placentiæ Dux, vt æs alienum, quo grauatus erat dissoluere posset à fel. record. Clemente Octauo licentiam erigendi duos Montes non vacabiles impetrauit. Alterum de anno 1600. locorum duorum millium capitalis scutorum ducentorum millium ad rationem scutorum quinque pro quolibet loco, & portione super Tenutis Plani Abbatiæ, à quibus etiam Mons nomen sumpsit, & annuo eorum redditu scutorum decem millium ea lege, vt sibi liceret Montem huiusmodi quandocumque post octo annos extinguere; Alterum vero Montem Farnesium nuncupatum locorum septem millium quindecim capitalis scutorum septingentorum quindecim millium super alijs eius bonis Status Castri, & Ruscinonis, & eorum annuo redditu scutorum quinquaginta quatuor millium monetæ, quorum scuta triginta nouem millia tercenta viginti quinque soluerentur Montistis ad rationem scutorum quinque cum dimidio, & de reliquo fieret inuestimentum, & multiplicum ad effectum Montem huiusmodi extinguendi intra duodecim annos tunc proximos. Et cum Raynutius Dux, ac Odoardus eius filius vsque ad annum 1632. ne dum dictum Montem Farnesium, vt tenebantur, non extinxissent, sed pro illius extinctione nec etiàm vnum quidem obulum inuestiuissent, Sanctiss. Dominus Noster eumdem Ducem Odoardum gratia, & fauore prosequeñ de eodem anno tempus extinctionis ad alios duodecim annos prorogauit, & pro vberiori gratia Monti Farnesio additionem locorum sexcentorum valoris scutorum sexaginta millium, & de anno 1634. fauores ampliando, secundam concesit additionem locorum mille capitalis scutorum centum millium, quas summas per venditionem eorumdem locorum additorum Dux habuit, & in sui vtilitatem conuertit, tandem de anno 1640. idem Sanctiss. Dominus noster, accepto *quod Dux* (sunt verba Breuis) *erat in dictis duobus Montibus ære alieno grauatus quodque etiam respectu locorum nouem millium septingentorum quinquaginta tempus extinctionis aduenerat, vt absque aliquorum bonorum stabilium distractione, & sine aliquo subditorum grauamine, & cum minori quo fieri poterat interusurio posset debitum huiusmodi extinguere, ac alijs eius vrgentissimis negocijs prouidere*. Ipsi Odoardo Duci licentiam impertitus fuit erigendi alium Montem secūdę E. nūcupandum locorum duodecim millium noningentorum decem septem capitalis ad decies centena millia & ducenta nonaginta septem scuta monetæ ascendeñ super annuo redditu ex eisdem bonis scutorum sexaginta octo millium centum viginti sex soluendorum Depositario eligendo, ex quibus idem Depositarius scuta quinquaginta octo millia centum viginti sex quotannis de bimestri in bimestre Montistis ad rationem scutorum quatuor cum dimidio soluere, & quod residuum fuisset per integrum septennium, & etiàm vlteriori tempore, dummodo tempus duodecim annorum non excederet, multiplicare, & in Montis extinctionem erogare teneretur. In singulis autem erectionibus additum fuit Decretum infrascriptum, videlicet. *Et pro maiori dicti Montis, & illius creditorum cautela, & securitate teneatur dictus Dux Depositarium in Vrbe, qui Campsor publicus & fide, & facultatibus idoneus exsistat, eligere, & deputare, & in manibus illius, omnes pecunias ex fructibus, redditibus, & prouentibus dicti Status Castri, (in Monte Abbatia Plani adduntur hæc verba videlicet. Et signanter Plani Abbatiæ prædicti) & Ruscinonis superius expresis integre solui, & consignari facere, qui Depositarius pariter ex dictis fructibus, & redditibus in primis, & ante omnia dictam annuam summam retinere,*

illam-

illamque eisdem Creditoribus, & Montistis annuatim, & quolibet bimestre in fine illius ratam soluere, necnon de soluendo ad fauorem eorundem Montistarum, & Creditorum se se etiàm in forma Cameræ obligare, & quod residuum fuerit per integrū septennium, & etiàm per illud tempus, vltra quod magis dicto Duci, eiusque hæredibus, & successoribus, & quibus dederit, videbitur, & placuerit in instrumento Conuentionis super venditione, & redemptione, seù extinctione huiusmodi Montis celebrando exprimenda multiplicari curet, ac elapso septennio, atque etiàm vlteriori tempore vt supra, dummodo tempus duodecim Annorum non excedat in redemptionem, seù extinctionem eiusdem Montis faciendam erogare teneatur, & in defectum obseruationis præmissorum, ac aliorum in præsentibus nostris literis, & instrumento erectionis, ac venditionis dicti Montis ad fauorem Montistarum per ipsum Ducem celebrando contentorum, & continendorum liceat eisdem Montistis, & Creditoribus, vel eorum Collegio propria auctoritate absque Iudicis licentia &c. liberè, & licitè possessionem realem, actualem, & corporalem dictarum Tenutarum &c. apprehendere, captamque, & apprehensam retinere, bonaque huiusmodi eorum arbitratu quibuscumq. personis, & pro quocumque reperibili pretio locare, affictare, & alio quocumque modo de possessione, & fructibus bonorum huiusmodi pro prædictorum omnium implemento, & obseruatione consequendis vti de re propria liberè, & absolutè disponere, præuia tamen intimatione Agentibus eiusdem Ducis facienda &c. Omnesque locationes dictorum bonorum, vt præfertur, assignatorum imposterum facienda fiant cum expressa obligatione Conductorum de soluendo fructus, & pensiones dicto Monti, & pro eo eius Depositario prædicto, quo vero ad locationes, quæ nunc factæ reperiuntur, debeant Conductores se obligare de soluendo prædicto Montis Depositario, & Instrumenta publica talium locationum eidem tradi debeant ad effectum agendi, & soluere recusantes ad soluendū compellendi, & hanc eamdem facultatē etiam capiendi possessionem dictorum bonorū propria auctoritate tàm Dux Raynutius quam Dux Odoardus, vltra præcisam obseruationem, contractus, seu contractuū ad quā semper attringi posse voluerunt dictis Creditoribus, & Montistis tradiderunt Dux tamen Raynutius in erectione, & obligatione Montis Plani inter dictam facultatem addidit verba, *dummodo dictorum bonorum non sequatur alienatio*.

Hæc verba & quod residuum vsq. ad verba, & in defectum non sunt apposita quo ad Montem Plani Abbatiæ, in quo non præfigitur tēpus ad extinguendum.

Verba omnesque locationes ecā reliquis concernentibus modā locandi silentio ab Auctore libri prætermittuntur.

Impetrata gratia Erectionis d. Montis Farnesij secundę E. Dux Odoardus sub die 9. Ianuarij partitum, vt aiunt, fecit cum Hieronymo Martello, & Ioanne Grillo de locis nouem mille viginti octo ad rationem scutorum centum octo pro quolibet loco, vt ex eis priores duos Montes extinguerent, quos etiàm in Depositarios Montis elegit, non tamen curauit, vt Ioannes Baptista, & Alexander fratres de Siris, quibus de anno 1638. dicta bona locauerat, se obligarent de soluendo eorum fructus, seù pensiones ipsis Depositarijs; sed simpliciter illis hanc fecit obligationem, videlicet. *Quibus DD. Depositarijs dictus D. Dux soluere, seù solui facere promisit fructus dictorum locorum mille Montis Farnesij alias erecti, quæ modo non debent extingui ad rationem scutorum quinque cum dimidio pro quolibet loco, & anno importantia annua scuta quinque millia, & quingenta vsque ad illorum extinctionem ratam partem de bimestri in bimestre in fine cuiuslibet bimestris, necnon fructus dictorum locorum duodecim millium noningentorum decem & septem Montis Farnesij secundæ Erect. ad rationem scutorum quatuor cum dimidio pro quolibet loco, & anno importan annua scuta quinquaginta octo millia centum viginti sex cum dimidio moneta pariter ratam de bimestri in bimestre in principio, seù in fine cuiuslibet bimestris arbitrio S.C. hic Romæ libere &c. alias &c. Quatenus autem dictus S.D. Dux deficiat in solutionibus prædictis etiàm irrequisitus per mensem post singula bimestria consensit,*

sit, & conuenit, quod vltra quæcumque remedia competentia ex erectione vtriusque Montis Farnesij, & ex quibusuis Instrumentis ad fauorem Montistarum quomodolibet factis, ipsi DD. Hieronymus, & Ioannes, & quilibet ipsorum in solidum, & alij quicumque ab eis causam habentes, aut habituri possint, & valeant de facto, & propria auctoritate, præcedente tamen vnica Intimatione facienda domi dimissa copia D. Residenti pro tempore &c. sumere, seù sumi facere summam, & summas, in quibus dictus Serenissimus Dux pro tempore deficiet ad cambium per quasuis ferias &c. Vnde deficiente dicta obligatione Conductorum ad fauorem Depositariorum, & consequenter dictorum fructuum, & pensionum solutione, Depositarij, quoque fructus Montium non soluerunt, neque soluere potuerunt, quinimmo de eodem anno decoxerint, & in carceres mancipati fuerunt, & cum in Curia non adesset, ad quem pro habendis dictis fructibus recurri posset, Commissarius Cameræ; ad quem spectat, vt Montistarum clamorem sedaret, mediante Angelo de Grandis Ministro Camerali Raynutium Monguidum à Duce Romam missum pro certis negocijs sæpe interpellauit ad eligendum nouum Depositarium, seù Depositarios, qui prima vice respondit, Ducem adhuc scire non potuisse Martelli, & Grilli fractionem, sed habito Nuncio, statim alios fore electurum, secunda vice eamdem attulit excusationem, tertio autem loco adhuc ignorantiam Ducis allegauit, prætextu quod à certo tempore extra Statum dimoraretur. Ortatus etiam fuit Franciscum Mangellum ipsius Ducis Procuratorem ad agendum contra dictos de Siris eidem omnem suam promittens assistentiam, & quando hoc facere nollet, ad tràdendum saltem sibi Instrumentum dictæ locationis, vt ipsemet contra eosdem de Siris agere posset, & cum neutrum ex his obtinere, imò nec ab ipso, neque à Siris nomen Notarij rogati de Instrumento huiusmodi scire potuerit idcirco ex his cognoscens idem Commissarius Monguidum, & Mangellum cunctari, ipsos, & alios Ducis Procuratores citari curauit, ex quibus idem Mangellus sub die 27. Martij superioris anni 1641. *petijt terminum ad Ducem suum principalem certiorandum.* Deinde vero sub die 23. Iulij citatus ad soluendum excipiendo dixit petitioni locum non esse, *quia Dux suos non poterat exigere redditus*; Vnde Commissarius detecta semper maiori contumacia non satis certus, quod causæ cognitio àd Cardinalem Camerarium vti Montium Protectorem, vel potiùs ad Congregationem Montium, & Baronum spectaret ad difficultatem tollendam, obtinuit causam eidem Cardinali de voto eiusdem Congregationis committi. Successiueque sub diebus 7. & 25. Septembris dicti anni ser. ser. contra Ducem mandatum, seù mandata pro extinctione dictorum Montium de eodem voto decerni, & relaxari.

EX hac facti serie concludendum videtur, mandata pro Montium extinctione nedum fuisse iusta, & iustissima, sed nec honeste dissimulari, aut vlterius protrahi debuisse, aut potuisse. Nam erectiones Montium factæ fuerunt sub his inter alia decretis, cõditionibus, & obligationibus, Prima scilicet eligendi Depositariũ fide, & facultatibus idoneum, ac in eius defectum alium æque idoneum subrogandi, Secunda faciendi, vt Conductores bonorum de soluendo pensiones, seù fructus bonorum locatorum Depositario eligendo, Depositarius vero de soluendo Montistis fructus Montium se obligarent. Tertia dandi in manibus ipsius Depositarij Instrumẽtum locationis, quo contra dictos Conductores agere, & quatenus soluere recusarent eos ad soluendum cogere posset, Quarta quod ad duos posteriores Montes faciendi multiplicum certæ summæ ad effectum illos extinguendi, & ideo quia Dux, prout infra apparebit, nullum ex dictis decretis, & eius obligationibus adimpleuit, sequitur locum fuisse Montium extinctioni tàm de Iure communi, quàm ex Constitutionibus Summorum Pontificum.

De Iure quidem, quia aut iste contra-
1 ctus est innominatus, prout in dubio
præsumitur *Bald.cons.104. numer.1. vers.*
preterea lib.1.Roman.cons.86.nu.4. & tunc
ob nõ implementum Ducis inferius de-
2 ducendum fuit locus pœnitentiæ, & re-
solutioni cõtractus *l fin. vbi* Bart. *& DD.*
ff de condict.ob caus.Corn.cons.27.numer.2.
lib.1.Surd.decis.173.n.16. Aut contractus
fuit nominatus, & adhuc rescindi potuit,
& potest dupliciter agendo directè, sci-
licet & indirecte, Directe quidem quia
licet contractus nominati ob non imple-
3 mentum non resoluantur, sed agendum
sit contra non implentem, ad hoc vt im-
pleat, vel ad interesse *l. ea conditione C. de*
rescind. vendit.Surd.cons.38.num.7.Bellon.
Iun.cons.13.num.39. tamen non procedit
in illis contractibus, in quibus deficit 4
causa finalis, quia cessante causa finali,
cessat quoque contractus *l. cum te C. de*
pactis inter empt. & vend. Corn. cons.101.
numer.7. vers.nec obstat lib.1.Crauett.cons.
192.num.20.vers.2. Becc. cons.45. nu.29.
Surd.cons.381.num.6.Ramon.cons.7.n.30.
Greg decis.130.num.4.Addentes ad Buratt.
decis.640.num.18. sicut deficiente causa
finali gratiæ Principis deficit, & ipsa gra- 5
tia super qua radicatur cõtractus in pun-
cto *Becc. cons.129. numer.99. lib.2.Ciriac.*
controuers.303. num.78. & 79 Causa au- 6
tem finalis ea esse dicitur, quæ ita mouit
intentionem Principis, vt illa cessante
ipse gratiam non fecisset *Becc.d.cons.129.*
num.99. Ciriac.d.controuers.303 num.74.
vers. secunda quoque, vel quæ ita mouit 7
contrahentem, vt absque ea causa non
contraxisset *dicta l. cum te, C. de pa-*
ctis inter empt. & vendit. Corn. Crauett. et
Surd.locis allegatis in fine Raman. cons.7.
nu.33. Bellon: Iun.cons. 13. nu.43. Ra-
tio est quia vbi quis ex principali aliqua
causa mouetur ad contrahendum, actus 8
videntur inter se correspectiui, & facti
vnius contemplatione alterius atque ita
vno ex correspectiuis actibus deficiente
corruit, & alter, neque creditur, quod
partes ad contractum deuenissent, nisi
sperassent omnia pacta esse effectuan-
da, vt in specie dicunt *Becc.cons.45.*
num.31. & 34. Surd. cons.381. num.6.
in fin. vers.ratio est. Ramon. cons.7. nu.35.
& 36.

Quæ faciliùs imò absque difficultate
procedunt quoad Montem Farnesium
Secundæ Erectionis, qui adhuc est in
fieri, nam regula quod contractus nomi-
nati non resoluuntur ob non implemen-
tum partium pariter locum habet quoad
contractus iam executioni demandatos 9
secus autem quoad eos, qui adhuc rema-

nent exequendi *Becc. conf. 45. num. 36.*
vbi quod contractus locationis, quo locator
inter alia promiserat ponere exactores in om-
nibus locis opportunis, non dicitur perfectus
per appositionem exactorum in aliquibus
locis; ex quo erant apponendi in omni-
bus locis *Ramon. cons. 7. num. 22. & seqq.*
10 Quinimmò tantum abest, quod inhoata
resignatio locorum faciat, vt contractus
erectionis dicatur perfectus, quod imo
quia Dux præsumpsit loca resignare an-
tequam impleuerit formã sibi præscrip-
tam, dicitur peccasse in gratiam, & id-
circo cecidisse ab omni eius commodo
ita vt nec postea eo Monte gaudere po-
tuerit absque noua gratia Summi Pon-
ficis. *c. quia frustra de vsuris cap. fin. de*
immunit. Eccles. Surd. cons. 37. num. 3. Si-
11 cuti in simili contraueniens mandato de
dispensando cadit à commodo dispen-
sationis *Seraphin. decis. 758. num. 3.* & fuit
pluries resolutum.

Non tamen ista sunt ita generaliter
intelligenda, vt procedant in omni con-
tractu nominato, prout nec ego aude-
rem talem sustinere conclusionem con-
tra communem, & veram sententiam,
quod in contractibus nominatis non est
agendum ad resolutionem contractus,
sed ad implementum, vel ad interesse,
sed procedunt respectu illorum contra-
12 ctuũ, qui quamuis sint nominati, tamen
continent in se aliquod pactũ, seu mix-
tum aliquem contractum, itaut non cõ-
sistant in sola traditione rei, vel in sola
solutione pretij, sed quid aliud extrinse-
cum contineant, sine quo contrahens nõ
fuisset contracturus *Bart. in l. fin. num. 5.*
ff de condict. caus. dat. non sequut. Vbi quod
in contractibus nominatis non agitur ad re-
soluendum contractum, sed ad interesse nisi
ex pacto iuxta contractum apposito resultaret
contractus innominatus, & nu 14. dicens
quod vbi cõtractus celebratur ob aliquã cau-
sam extrinsecã contra substantiam ipsius cõ-
tractus potest dici permixtus cõtractus nomi-
natus, cũ innominato, & ibi etiã *Iason. n. 15.*
Ramon. cõs. 8. n. 8. et 9. & ità opiniones cõ-
cordando distinguit *Bellon. iun. d. cons. 13.*
n. 43. vers. primus casus, Adden. ad Buratt.
decis. 460. nu. 30. Vbi quod Bellonus egregie
loquitur Rot. apud eumdem Buratt. dec. 106.
per tot. Cum enim ibi Martius Columna 13
vendidisset Petro Card. Aldobrandino
Castrũ Montis Fortini, & tres partes Ca-
stri Oleuani non solum, vt pretium rei
venditæ consequeretur, sed etiam vt pre-
tium huiusmodi sibi solueretur iuxta
conuentiones inter ipsos factas, vt cum
eo posset se eximere ab ære alieno, quo
erat grauatus, & à maximis interusurijs,
& alijs incommoditatibus, quibus præ-
mebatur occasione Societatum officij
cambiorum, & pignorũ penes Hebræos,
& dictæ conuentiones effectum sortiri
non possent, sed diuerso rescripto Sum-
mi Pontificis alteratæ fuissent præsertim
circa solutiones destinatas, quia Pontifex
summam scutorum 70. mill. ipsi Martio
liberè soluendam reduxerat ad scuta
24. mill. cum quibus ipse venditor non
poterat habere intentum liberandi se à
dictis interusurijs, & propterea egisset ad
resolutionem dictæ venditionis causa
proposita in Rota fuit resolutum, quod
quia cessabat causa finalis propter quam
facta fuerat venditio licebat Martio re-
cedere à venditione, quia defectus causæ
finalis faciebat deficere consensum con-
trahentium, vt à principio dictæ decisio-
nis per totum num. 5. & eo magis quia
alterationes fuerant circa substantialia
causam finalem respicientia, sine quibus
Martius non fuisset venditurus vt nu. 6.
Quæ decisio mirabiliter decidit casum
nostrum, quia sicut in casu dictæ deci-
sionis Martius non vendidisset sua Ca-
stra, nisi fuisset certus, quod pretium sibi
liberè solueretur, quo posset se eximere
ab interusurijs, ita in proposito nostro
Sum-

Summi Pontifices non concessissent erectiones dd. Montium, minusque dd. Montistæ loca huiusmodi emere voluissent, non adimpletis dictis conditionibus nempè locandi bona personis; quæ se obligarent de soluendo pensiones bonorum locatorum Depositario eligendo, qui etiã se obligaret de soluendo fructus Montiũ ex quo aliter nõ erãt certi, quod fructus sibi debitos, aut debendos consequi possent, etiam quod sciuissent Ducẽ loco obligationis Conductorum se ipsũ obligasse pro solutione summæ quotan-
14 nis soluendæ cum Dux vti Princeps reputaretur difficilis exactionis, vt in puncto etiam fuit resolutum in *Prenestina*, *seu Tusculana locationis coram Caualerio in impress. decis. 612 num. 15. vers. neque verum*, in qua similiter cum Paulus V. in erectione Montis Zagaroli præscripsisset formam locãdi bona Mercatori idoneo, & dandi Depositarium, vel loco illius cedulam bancariam scutorum 9500. pro fructibus Montistarum, & locatio facta non fuisset idoneo Mercatori ad præscriptum prædictæ erectionis, sed Comestabili Columnæ, Rota dixit non fuisse satisfactum obligationi per cedulam bancariam ipsius Comestabilis ex quo non poterat ab ipso tanquam à Magnate, ita de facili exactio fieri, sicut à Mercatore, & ideo in proposito sequitur etiã per obligationem Ducis, absq. obligatione Conductorum non fuisse satisfactum, nec adimpletam formam erectionum, sed fuisse omninò, & præcisè adimplendam formam datam circa obligationes eorumdem Conductorum, aliter autem cessare causam finalem gratiæ, & contractus, sine qua Dux nec gratias erectionum Montium impetrasset, nec qui loca dd. Montium emerent, inuenisset.

Addito prætereà quod omnia prædi-
15 cta inducta sunt pro forma erectionũ sine qua non quia causa quæ apponitur ad inducendam dispositionem necessariam reputatur causa finalis *Bart. in l. 2. §. fin. num. 2. vers. & videamus ff. de donat* Bald. *in l. 1. §. si parendi post princ. in 2. opposit. ff de condict. caus. dat. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 12. num. 24. & 36. vers. quamobrem &c.* benè distinguit *Bellon iun. cons. 27. nu. 67.* vnde causa, quæ respicit commodum al- 16
terius, quam eius, cui traditur, semper dicitur finalis. *Tiraq. cessante causa limit. 1. num. 52. vers. & ex his, & num. 53.* vbi quod non reperijt Doctorem, qui contrarium teneat *Mantic. dicto lib. 3. tit. 12. num. 38.* & etiam quod erectio[ne] Montium nunquam aliter concessæ fuissent, 17
cum aliter concedi non consueuerint, quod argumentum in iure est validissimũ *l. si quis ff. de vsufruct. Surd. dec. 322. n. 18. Rot. dec. 596. nu. 1. par. 1. & in puncto Put. decis. 18. nu. 6. & dec. 45. nu. 2. lib. 1. rec.* quodque postquam decretum fuit Conductores bonorum nõ esse obligatos pro Mõtibus repertus nõ fuit, qui voluerit ea emere ergo probatur, quod illi, qui loca 18
emerunt, ea non emissent, nisi adimpletis dd. decretis, & quod si Pontifex scire potuisset eius decreta non esse adimplẽda, similiter dictam gratiam, seù gratias non fecisset, prout in indiuiduo tenet *Ciriac. d. controuers. 303. num. 78. & 79.* vbi dicit in specie, quod quia causa Prin- 19
cipi proposita in precibus ad eum mouendum ad derogationem fideicommissi falsa euasit, ex quo inuestimentum pro reintegratione fideicommissi ordinatũ, non fuit factum, deficiebat causa immediata, & causa finalis ipsius derogationis, & consequenter cessabat quoque ipsa derogatio, qui respectu multiplici, quod erat faciendum pro extinctione Montiũ non potest magis in terminis loqui.

Nõ obstat si dicatur, quod causa finalis erectionum fuit ad hoc, vt Dux absq. bonorum stabilium distractione suis necessitatibus consulere valeret, quia licet negari

negari non possit, quin Pontifex motus
fuerit ad ipsum subleuandum, tamen
verum est etiam, quod erectiones huius-
modi non concessisset nisi sub forma, &
decretis apponi solitis in huiusmodi
erectionibus, ex quibus quidem forma,
& decretis certus esset, quod Montes ha-
berent congruam dotem, & quod fru-
ctus solui deberent de bimestri in bime-
stre cum absque huiusmodi dote, & cer-
tis assignamentis sub eisdem decretis, &
legibus Montes consistere, nec Montes
20 dici posset, & ideo iste modus in erectio-
nibus datus vt dictũ est fuit causa finalis
illarum concessionũ *Corn. cons.* 101. *nu.* 7.
vers. alio modo lib. 1. *Mantic. de tacit. lib.* 3.
tit. 1. *n.* 54. quia respicit totam dispositio-
21 nem, & in eam generaliter influit *Becc.*
d. cons. 45 *num.* 8. *Ramon. cons.* 7. *num.* 83.
in fine. Maxime quia modus fuit datus in
ipsismet erectionibus, & cum illis ortum
22 habuit, nam quando plura fiunt eodem
tẽmpore, & contextu habentur pro vni-
co & eodem actu, tanquã eodẽ spiritu du-
cta *Surd. cons.* 51 *nu.* 10. *& seq.* & fuit di-
ctũ in *Sarsinaten. feudi* 20. *Decemb.* 1638.
corã bo. me. Coccino Decano, *& in his termi-
nis* Becc. *cons.* 45. *nu.* 34. quæ clariora sunt
imò indubitata respectu Montistarum,
qui post dictas erectiones emerunt, cum
certe non emerint, nisi intuitu pactorũ
in illis appositorum, alioquin etiam non
empturi ex supra allegatis, benè *Alciat.*
23 *cons.* 69. *num.* 14. *lib.* 8. *vbi quod quoties
pacta, quæ causam contractui dederunt non
seruantur, etiam in contractibus nominatis
non tenetur promissor ad contractus obserua-
tionem, sed omnia infirmantur*, & sequitur
Mantic. d. lib 3. *tit.* 12. *num.* 54.

Indirectè etiam, quia cũ Dux se obli-
gauerit ad omnia in erectionibus Montiũ
præscripta, aliàs ad omnia dãna, & inter-
esse, & citatus primo ad soluendum, &
deindè ad docendum se adimpleuisse
promissa, ipse de implemento non
docuerit, sed potius in omnibus illis
defecerit, ideo succedit obligatio ad in-
teresse, ad quod se obligauit *l.* 1. *ff. de* 24
action. empt. Ruin. sen. cons. 297. *num.* 10.
lib. 2. pro quo interesse venit, & restitui
debet pretium non vti pretium, sed vti
interesse. *Bald. in l. traditio num.* 7. *in* 4. *C.*
de action. empt. Ruin. cons. 141. *num.* 9. *ad
finem*, & tamen *lib.* 1. *Rot. decis.* 77. *num.* 3.
par. 2. *recent. Addentes ad decisionem Burat-
ti* 640. *num.* 31. *alij Addentes ad Gregor de-
cis.* 564. *num.* 5. quod interesse etiam est 25
liquidum ex literis parentibus locorum
Montium, ex quibus apparet Montistas
tantum expẽdisse, ideoq. etiam interesse
huiusmodi ad tantam quantitatem esse
taxandum *Seraph decis.* 38. *nu.* 6. *Add. ad
Gregor. d. decis.* 564. *num.* 5. *vers. & in
materia.*

Nec propterea postquam pretia Mon- 26
tistis fuerint restituta, remanebunt Mõ-
tes, vt Dux loca alijs vendere possit, cum
vt supra probatum fuit, gratię erectionũ
ex defectu causæ finalis corruant, vt per
Ciriac. præcitat. controuers. 303. *num.* 79.
iunctis alijs per eumdem deductis ibi
num. 71. vbi probat quod similes gratiæ
non solum vitiantur ex falsa causa, sed
etiam nullæ euadunt non seruata forma
ex *Surd. decis.* 278. *& alijs ab ipso citatis.*

Ex Constitutionibus verò Apostolicis,
quia Clemens Octauus in eius Constitu-
tione cõtra Barones in ordine 41. tom. 3.
§. 8. decernit, *quod si inter Creditores re-
periantur aliqui, qui ratione quorumuis tàm
Montium, quàm Censuum intuitu Princi-
pum, Ducum, Marchionum &c. erectorum,
& respectiuè impositorum, quibus de fructi-
bus integrè satisfactum non sit, vel in futu-
rum non satisfiet*, *Baronum Congregatio cap-
ta summaria Informatione etiam extraiudi-
ciali de lapsu temporis, & satisfactione non
secuta absque vlla causæ cognitione ad sub-
hastationem, deliberationem, venditionem,
& adiudicationem Ciuitatum*, Terrarum,
Castro-

Castrorum, & bonorum, & vlterius ad extinctionem Montium, & Censuum, & satisfactionem fructuum vsque ad diem extinctionis decursorum omninò deueniat, idẽque seruari mandat, quo ad illos Principes, Ducesque qui licet fructus soluerint, tamen Montes, & Census intra tempora in erectione ipsorum Montium, aut in impositione censuum non extinxerint, aut in fututurum debitis temporibus non extinguent, seu etiam alia pacta non adimpleuerint, & in futurum non adimplebunt, Paulus V. verò in eius Motu proprio edito super erectione Congregationis Baronum eadem disponit sub eisdem ferè verbis, *mandans vlterius ad prædicta procedi ad omnem Collegiorum, Montistarum, & ipsius negligentibus ad instantiam Commissarij Generalis Cameræ*, quæ Summorum Pontificum Constitutiones sunt adeo claræ, vt
27 nullam admittant quæstionis voluntatem *l. ille, aut illa §. cum in verbi de legat. 3. Rot. decis. 41 n. 5. par 1. rec. Seraph dec. 762. nu. 1.* præsertim quod tam dicta Constitutio, quàm Motus proprius continent
28 decretum irritans, & clausulam sublata, quæ operantur, vt nihil contra opponi possit *Seraph. decis. 351. num. 1. Mantic. decis. 309. num. 3.* mandantq. quod dicto casu Congregatio omninò deueniat ad
39 Montium extinctionem, quia dictio *omninò* habet præcisam naturam, præcisamq. importat executionem, & est ac si dictum fuisset absque vlla dispensatione *Abb. in c. qualiter il 2. n. 18. in vers. sed contra de accusat. Sanch. de matr. lib. 1. disp. 32. n. 6.*
Prout non eundo per mendicata suf-
30 fragia fuit resolutum in *Romana supplementi legitimæ coram* Buratto *in impress. decis. 482. num. 4. vers. respectu verò*, vbi in specie quod Congregatio Baronum habet facultatem compellendi debitores censuum ad extinctionem ob fructus non solutos, vel qui in futurum non soluantur, & ratione cuiuscumque inobseruantiæ contentorum in illorum Instrumentis, etiam cum expressa prohibitione, quod non possit peti restitutio sortis.

Quod autem Dux nõ impleuerit probatur, primo quia ei, cui implendum est, sufficit proponere negatiuam, nisi alter 31
probet se adimpleuisse *l. 1. C. de probat. Becc. cons. 305. num. 11. cum alijs per Mascard. de probat. conclus. 891. in princip. Rot. decis. 362. nu. 2. par. 1. recent.* Secundo quia non implementum probatur ex extraiudiciali informatione, quam Congregatio extraiudicialiter capere potuit, quia intrat præsumptio, quod si illi non constitisset, Ducem esse debitorẽ extinctionis pro ea mandatum, seu mandata non relaxasset, in extraiudicialibus enim cre- 32
ditur facienti *Egid. decis. 568. post med. vers. tamen quia. Put. decis. 140. nu. 2. lib. 2. Rot. decis. 406. num. 1. par. 1. recent.* & ideò si arbiter, cui data fuit facultas se extra- 33
iudicialiter informandi condemnet partem in eo, quod vsurariam continet prauitatem, sententia sustinetur, quia præsumitur, sibi iudicialiter constitisse, quod creditor tantum damnum passus fuerit ex dicta regula, quod in extraiudicialibus creditur facienti *Rot. in puncto in causa Narnien seu Romana fructuum dotis 8. Februarij 1623. coram bo. mem. Card. Virili*, iuncta maximè cõfessione iudiciali Procuratoris Ducis, qui citatus ad videndum relaxari mandatum pro fructibus respondit, non soluere, quia suos redditus exigere non poterat, nam confessio Procu- 34
ratoris in Iuditio contentioso nocet Domino, *Imol. in cap. 1. num. 17. vers. Item addendum*, vbi *Felin. num. 14. vers. prima declaratio, vt lit. contest. Rot. decis. 652. num. 5. par. 2. recent. & apud Buratt. decis. 678. num. 2.* saltem quoties ex alijs est ad- 35
miniculata *Rot. decis. 678. num. 2. vers. eo magis*, Sicuti etiam Auctor libri ex eadem causa, seu causis admittit fructus non fuisse solutos Tertio quia licet Dux De-

positarios elegerit, tamen cum ipsi non essent fide, & facultatibus idonei, prout ex obseruantia constitit, quia de eodem Anno decoxerunt, & discussis eorum bonis repertum fuit, ipsos non solum non possidere bona stabilia ad valorem illius, pro quo conueniri poterant, vt requirebatur adhoc, vt dicerentur idonei *l. 2. ff. qui satis dar. cog. vbi Alex. num. 5. & Ias. n. 10. Carpan. ad Stat. Mediolan. c. 44. n. 17.* sed etiā repertū fuit ipsos nō esse soluēdo, & nulla stabilia possidere propterea est, ac si tales Depositarij non fuissent electi, idē *Carpan. d. cap. 44. num. 28.* & quamuis ex sola fide, & vitæ probitate idoneus quis esse possit, etiā si immobilia nō possideat *Castr. in l. si quis stipulatus §. stichum de verb. oblig.* tamen in casu nostro cessat obiectū, quia ex lege in erectionibus data vtrumque copulatiuè requiritur, videlicet, *quod sint fide, & facultatibus idonei*, vnde vnum sine altero non sufficit *l. si haeredi plures ff. de condit. & demonstrat. Surd. cons. 537. num. 36. & cons. 363. num. 17.* Vltra quod nec dicta prior qualitas concurrebat in Martello, & Grillo, sed potius est notorium, ipsos eo tempore omne nomen amisisse, & tanto eorum prçiudicio contraxisse cum Duce, nempè soluendo loca ad rationem scutorū 108. pro quolibet loco, vt dumtaxat eorum decoctionem differrent, & tamen allleganti eos in dicta qualitate fuisse idoneos incumbit onus probandi, *Alex. cons. 37. nu. 3. vol. 2. Mascard. de probat. conclus. 782. num. 2. Carpan. d. cap. 44. nu. 8.* Quarto quia Dux in Instrumentis dictarum erectionum promisit *in defectum Depositarij electi subrogare alium fide, & facultatibus æque idoneum*, & ideo quia citatus ad eligendum nouos Depositarios post decoctionem, & carcerationem Martelli, & Grilli eos non elegit, inficiari non potest, quod etiam ex hoc capite non adimpleuerit, quamuis deficiēte etiam huiusmodi speciali obligatione de subrogando aliū Depositarium æque idoneum potuisset de Iure communi astringi ad dictā nouam electionem faciendam *Carpan. d. cap. 44. num. 33. & seqq.* Quintò quia nec Dux curauit, vt fratres de Siris Conductores bonorum se obligarent erga Depositarios, & promitterent pensiones dictorum bonorū ipsis soluere, quod eo magis erat ad implendum, ex quo in obligatione Conductorum huiusmodi cōsistebat tota substantia contractus, & securitas Môtistarum, cum absque tali obligatione Conductorum, solutioneq. ab eis facienda ageretur de impossibili, vt Depositarij fructus Montium soluere possent, & exactio facienda à Duce reputaretur difficillima, & ferè impossibilis ex *Cavaler. d. decis. 112. num. 14. vers. talis autem cons. 25. vers. neque visum. Buratt. d. decis. 106. num. 6. vers. eo magis*, imò obligatio eorumdem Depositariorum esset, & cēsenda esset quoque correspectiua, & facta, quatenus ipsis pensiones huiusmodi soluerentur. *Rot. decis. 527 num. 1. par. 2. rec. cum alijs supra adductis*, adeout ex defectu dictæ solutionis ex parte eorumdem Côductorum corrueret, etiam tota eorum obligatio *l. etiam §. ex causa ff. de minor. Surd. cons. 43. n 52.* & dictum est vt supra.

36

37

38

39

40

41

42

43

Quibus non est satisfactum per responsionem ab Auctore libri datā, quod Dux Siros bonorum Conductores Depositarijs delegauerit, seu, vt ait, assignauerit, tùm quia contrarium apparet ex Instrumento celebrato cum ipsis Depositarijs, in quo de hoc nihil dicitur, sed tantum quod Dux ipse eis promisit fructus Montium soluere, vel solui facere cum facultate in casu contrauentionis sumēdi ad cambium summas, in quibus deficeret adeout ijdem Depositarij non recepta debita satisfactione à Duce ad nihil tenerentur, propter correspectiuitatem obligationis, & ita totus contractus resederit

derit in obligatione Ducis, quæ nullius fuit considerationis, cum ipse ex quo di-
44 ctum est, esset difficilis exactionis ex *d. decis. Caualer.* 112. *num.* 3. *vers. neque visum*, tum quia sola assignatio non fuisset
45 sufficiens, nisi fratres de Siris illam acceptassent, & cum effectu se obligassent tali modo, vt erga eosdem Depositarios tenerentur principali, vel fideiussorio nomine *Alba cons.* 2. *num.* 13. *Afflict. decis.* 353. *num.* 3. & ibi *Orsill. num.* 6. *Surd. cons.* 145. *num.* 4. *&* 5. & sic Dux in omnibus de
46 primo ad vltimum defecit, quamuis sufficeret, si tantum in vno, defecisset *Becc. cons.* 45. *num.* 18. licet sit plus quod defecerit in omnibus, & in ijs, quæ erant maioris substantiæ, & mouerunt partes ad sic contrahendum *Surd. cons.* 68. *num.* 21.

Et ex eisdem non obstat, quod dicitur, Cameram Montistis aliter prouidere potuisse, quam per Mótium extinctionem, videlicet fructus Montium soluendo de pretio frumentorum Castri per Annonæ Præfectum emptorum à Siris, & vt dicitur Duci hypothecatorum, quia non per
47 hoc euitari potuisset extinctio, cum Dux non solum esset debitor fructuum, sed etiam adimpleméti aliarum obligationũ *in puncto Buratt. d. decis.* 482. *n.* 4. Præterea Annona habet bursam, & ærarium om-
48 ninò distinctum ab ærario Cameræ, neque vna tenetur ad debita alterius, etiam per viam compensationis ex plenissimè deductis per *Magon. decis. Lucen. decis.* 1. *num.* 4. *vers. istis tamen non obstantibus, & per totam.* Vlterius non probatur, quod frumenta fuerint potius de perceptis in dictis bonis Ducis, quàm de frumentis per Siros emptis lucri, & mercimonij causa iuxta facultatem incettandi à Duce ipsis traditam, probatio autem æqui-
49 uoca, & non concludens non releuat *l. non hoc C. vnde legit. Natt. cons.* 585. *nu.* 2. *Menoch. cons.* 98. *num.* 37. *Rot. decis.* 380. *num.* 10. *par.* 5. *recent.* Quinimo probatur, quod de eisdem frumentis perceptis ex bonis locatis esse non poruerunt, cum hæc ad summum annuatim ascédant ad rubra 3500. vel 4000. frumenta verò Annonę vendita fuerint rubrorũ 17 mil. quæ etiam quando cum alijs tantum immixta fuissent Dux, neque alius ratione 50
incertitudinis ad illam actionem habere potuisset. *Surd. cons.* 39. *num.* 19. *& cons.* 412. *num.* 27. vbi loquitur de eo, qui petebat feudum mixtũ cum allodio, Item 51
facultas incettandi frumenta à Duce cócedi, & postquã concessa fuit à Siris exerceri non potuit, cum manifestum contineat monopolium, & ideo potius potuissent à Camera confiscari per *Text. apertum in l. vnic. §. si quis C. de monopol. Bertazz. cons.* 281. *num.* 6. *in fine*, & quicquid etiã sit quoad Siros qui semper professi fuerunt, hodieq. profitentur se esse Creditores Ducis in summa notabili, suf 52
ficit quod fruméta fuerint per Ministros Annonæ Pistoribus consignata, & per eos consumpta, & quod quousque extiterunt, non fuerit contra ipsos actũ hipothecaria *l. cum Tabernam ff de pignor. cum concordan.*

Sicuti non obstat, quod agi potuerit cótra fratres de Siris, ad hoc, vt tanquam Conductores dictorum bonorum soluerent fructus Montium non solum, quia nemo arctabatur gerere facta Ducis, aut eius Depositariorum, sed etiam quia absque Instrumento eorum obligationis, quod semper vti rogatum in eius ditione fuit occultatum, agi non potuit, cum 53
mandatum alioquin, seu sententia ferenda iustificari non posset *Rot. decis.* 127. *num.* 1. *par.* 5. ideoque in hoc etiam est imputandum Duci, cum dictum Instrumentum non exhibuerit, *Roman. cons.* 48. 54
num. 2. *vers. & vbi*, dicens quod vbi non est substantia Iustitiæ, ibi esse non potest qualitas negligentiæ, Vlterius quia dato quod dictum Instrumentum habitum fuisset, tamen nec contra ipsos

de

de Siris agi potuisset, si quidem inter alias cōuentiones in dicto Instrumento locationis inter ipsos, & Ducē factas conuentum fuerat, vt infra videlicet. *Che li Signori Gio.Battista, & Alessandro Siri per li scudi 97. mil. dell' Affitto, douranno pagare ogn' Anno per li frutti delli Monti Farnesiani, & del Piano dell' Abbatia in sei bimestri, cominciando il primo pagamento finito d'Ottobre 1638. per il bimestre di Settembre, & Ottobre sudetto, conforme la lista, & ordini soliti, che li saranno consignate, & tratte dal Residente di Sua Altezza, ò suo Procuratore scudi 58125.* & infra in fine *di ciascun quadrimestre ogn' Anno pagarāno à loro medemi in conto di S. A. scudi 12558. vn 3. cominciando il primo pagamento all' vltimo di Gennaro 1639.* Et ideo Siri prætenderunt Depositarios dictorum Montium, sibiq. ipsis consignandas esse listas promissas, nec ipsos ante illarum consignationem ad soluendū Mōtistis astringi posse cum certe in ordine adimplendi obligatio consignationis listarum esset prius adimplenda, ex quo ipsi absque eisdem listis etiam quod voluissent sol-
55 uere non potuissent. *Bald in l. 1. num. 22. de fruct. & vsur. Socin. cons. 125. num. 3. vers. non obstat lib. 3.* illud tamen certis-
56 simum est, quod cum essent obligati paulatim soluere, non poterunt compelli ad soluendum ante tempus, & nisi eo modo quo conuenerant *l. cedere diem ff. de verb. obligat. Alex. cons. 195. ante num. primum, & num. 1. lib. 1. Surd. cons. 345.*
57 *num. 9.* Vnde fit, quod Depositariæ huiusmodi sint pretio æstimabiles, & dum vacant vendantur, nec fit Mercator in Vrbe, qui cum oblationibus, & fauoribus non concurrat, vt illas emat, prout notum est.

Minus etiam obstat, quod Constitutio Clementis Octaui, cuius vigore dicitur, actum fuisse ex pluribus non comprehēdat istum casum, quia omisso quod istud in facto non subsistit, cum potius contra Ducem actum fuerit ne dum vigore eiusdem Constitutionis, sed etiam in vim Motus proprij Pauli V. vt ex actis causæ, & citationibus, quæ ab eodem Authore ignorari non potuerunt tanquā personaliter executæ cōtra Mangellum, & domi dimissa copia contra Monguidū, & contra ipsum Ducem per Edictum publicum, in quibus prędicti omnes expressè, & specificè leguntur citati ad videndum relaxari mādatum in vim quarumcumque facultatum Sacræ Congregationi Baronum tributarum à fel. rec. Clemente Papa Octauo, & Congregationi Mōtium per Motum proprium Pauli V. adeout quādo citationes huiusmodi per Edictum ad notitiam Ducis non perue- 58
nissent, prout præsumitur. *Clem. causam de elect. Clem. 1. de indic. Vant. de nullit. ex defect. cit. nu. 114.* intret saltem alia præ- 59
sumptio quod dicti Monguidus, & Mangellus eumdē Ducem certiorem fecerint de ijs, quę contra ipsum fiebant in Curia. *Roman. cons. 481. nu. 2. vers. aut datur talis Greg. XV. decis. 127 nu. 4 & 161. Adden.*

Dicitur etiam nullum ex motiuis partis aduersæ esse considerabile, non enim primum, quod dicta Constitutio non comprehendat nisi Montes de illo tempore erectos; quia contrarium fuit reso- 60
lutum in Sabunen. *Castri Montis Rotundi coram Coccino Decano in impress. decis. 36. par. 5. recent. in fine num. 1. vers. quāobrem* vbi in puncto quod comprehendit debita Baronum nedum de tempore Constitutionis, sed etiam futurorum quia vix potest comprehendere Barones futuros quin comprehendat etiam debita futura, imò maior est ratio in debitis futuris, quàm in Baronibus futuris ex quo ipsi de tempore Constitutionis nullam commiserant culpam, & comprobat eadem *decisio num. 6. vers. & prædictus*, vbi quod Constitutio ne dum respicit præterita,

sed

sed etiam futura, *& num.9.vers.& ista de plano*, vbi quod verba *cõsecuti fuerint*, sunt
61 præteriti, & futuri temporis & num. 10. ibi *consideratur tempus,& futurum*,& n.11. vbi ponderando verba, *& alia quacumq.*
62 *causa dicit, quod Constitutio cõprehendit omnes casus, etiam quod sint diuersi ab expressis, & infra quod comprehendit omnẽ casum immaginabilem*, & ita habemus casum decisum, maximè quia Constitutio ema-
63 nauit ad dandam formam satisfactioni creditorum, vt dicitur in ea *d. decis. 36. num.6.vers.in dicto*, & per viam legis ge-
64 neralis,quæ dicitur semper loqui,& semper disponere, & semper vetare *l. Ariani, C. de hæret. Bart. in l. omnes populi. num.64. ff. de iust. & iur.* vbi *quod statutum disponens circa illum, qui est, vel fuit obligatus comprehendit eum qui post statutum se obligauit Gonzal. ad regul. glos. 9. §. 5. num.45.& 47. vbi benè loquitur Rota d. decis. 36. num. 2. & de natura legis C. de legibus Menoch. cons. 331. num. 115.* & confirmatur quia Constitutio emanauit ad hoc vt Prælati Congregationis Baronum eorum creditoribus satisfieri curẽt; & si inter eosdem Creditores reperientur aliqui, qui occasione Montium, & Censuum intuitu dictorum Baronum erectorum, & respectiuè impositorum sint creditores ad extinctionem dd. Montium omninò deueniant,quia quamuis videatur loqui de Montibus erectis, & Censibus impositis, vt in illis verbis erectorũ & impositorum respectiuè, tamen quia illa participia regũtur à verbis ad extinctionem dd. Montium,& Censuum om-
65 nino deueniant,ideo etiam habent relationem ad tempus eorumdem verborũ, itaut sufficiat, Montes tunc esse erectos. *l. Titius vbi Bart.& Bald. in princ. & Ang. in fine, ff. de milit. testam.* Bart. *in l. ex facto num.1. in primo casu de vulg. Alex. cons. 91. num.4. vers. confirmatur ibi, & in his est attendendum tempus electionis Aretin. in cap. fin. num 8. & seq. de constit. Rot. apud Buratt. decis. 12. num.3. & seq.* Vnde facul-
tas transferendi pensiones reseruatas, suf- 66
fragatur, etiam quoad pensiones, quæ post dictam facultatem reseruatæ fuerunt *Buratt. d. decis. 12.* vbi erat casus, Sicuti Statutum Ecclesiæ circa dignitates erectas comprehendit etiam dignitates,quę 67
post illius editionem, & publicationem erectæ fuerunt, vt *Rota resoluit in Iacen. Archidiaconatus 14. Iunij 1539. coram Cardinali Lancellotto*; similiter reseruatio beneficiorum quamuis odiosa, & strictè in- 68
telligenda comprehendit etiam Beneficia postmodum creata plenissime *Gonzalez glos. 9. §. 3. num.44. vers. supradictis tamen*, quemadmodum etiam statutum Ciuitatis, circa Castra sibi subiecta 69
comprehendit etiam Castra de nouo acquisita *cap. recolentes*, ibi *similem senciant in legibus disciplinam de stat. Monach. Roman. cons. 275. num.4. Menoch. cons. 165. num.7. Castrens. 235 num.1. post med. vers. restat respondere lib. 1.* & potest alijs pluribus comprobari, quæ prætereo, Et cessat 70
difficultas ex obseruantia subsecuta quia d. Cõgregatio suam exercuit Iurisdictionem,tam quoad Montes ante,quam post Constitutionẽ erectos, nec post Cõstitutionẽ Clem. 8. edita fuit alia Cõstitutio, quæ nouam Iurisdictionem dederit contra Barones, qui postea debita contraxerunt, obseruantia enim declarat præcedentem dispositionem *Rot. dec. 365. nu 1. par. 1. recent.* vbi quod procedit siue dispositio sit legis, siue hominis.

Non secundum, quod scilicet dicta 71
Constitutio Clementis Octaui non cõprehendat nisi eos Montes, in quibus fuit præfixus terminus ad extinguendũ, quia motiuum cessat ex *decis. Buratt. 482. num.2. vers. respectu autem*, veræ fortis vbi in verbis dicit, quod Congregatio habet facultatem compellendi ad Montium,& Censuum extinctionem ob fructus non

ſolutos, & qui in futurum non ſoluentur & ratione cuiuſcumq. inobſeruantię conuentorum, in quo non poteſt clarius loqui, & benè quia Conſtitutio in d. §. octauo diſponit, quod ſi inter dd. Creditores reperti fuerunt aliqui, quibus de fructibus idcircò debitis hactenus integrè ſatisfactum non erit, vel in futurum non ſatisfiet, Congregatio capta ſummaria Informatione etiã extraiudiciali de lapſu temporis, & ſatisfactione non ſecuta abſque aliqua cauſæ cognitione ad ſubhaſtationem Ciuitatum &c. & vlterius ad extinctionem dictorum Montium, & Cenſuum, ac ad ſatisfactionem fructuum decurſorum deueniat, & ita Conſtitutio retento eodem caſu non ſatisfactionis fructuum addit nouam prouiſionem, vt ij, qui fructus non ſoluerint, vlterius ad ex-
72 tinctionem cogantur, quia dictio vlterius eius eſt naturæ, vt iam dicta repetat, ſeu retineat, & caſui iam diſpoſito aliquid ſuperaddat *Surd. conſ.* 274 *num.* 16. quod pariter probatur ex verbis ſubſequentibus ibi, Idemque volumus quoad illos Principes, qui ſuo tempore quotannis fructus ſoluerint, Montes autem intra tempora in erectione promiſſa nõ extinxerint, ex his enim clarè patet, quod dũ Cõſtitutio in præcedentibus loquitur de nõ ſoluẽtibus fructus, nõ diſponit quoad ſoluentes, qui habent decretum extinctionis, ſed de ijs, qui ſimpliciter fructus non ſoluunt, alioquin hæc noua diſpoſitio eſſet ſuperflua contra Regulas Iuris, ſecundum quas in Conſtitutione Papæ,
73 nec quidem vna ſyllaba ſuperflua eſſe debet. *cap. ſi Papa de priuil. in 6.* & comprobatur, quia Cõſtitutiones quod ſtatuit de Montibus, idem diſponit de cẽſibus, qui bus non eſt præfixus terminus ad extinguendum, cum ſint perpetui, quia vna
74 pars Conſtitutionis alteram declarat, *Rot. deciſ.* 388. *n.* 5. *in fin. par.* 1. *recent.* Sicut nec etiam Duci ſuffragari poteſt prorogatio ſibi de anno 1632. conceſſa ad alios duodecim annos tanquã ſurreptitia, & extorta, tacito quod ipſe in omnibus prædictis defecerat, quia ſi Summus Pontifex iſtud ſciuiſſet eamdem gratiam, vel nullo mo- 75
do, vel ſaltem cum maiori difficultate conceſſiſſet *Rot. deciſ.* 105. *num.* 1. *&* 3. *& deciſ.* 739. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* in quo etiam Dux bonam fidem agnouit, quia impetrando erectionem noui Mõtis Farneſij apertè faſſus eſt tempus extinctionis aduenisse, vnde eius cõfeſſioni ſtandũ eſt, cũ nulla maior probatio dari poſſit ea, quę 76
ex oris proprij confeſſione reſultat. *l. generaliter, C. de num. pec Surd. conſ.* 385. *nu.* 18.

Non etiam Tertiũ ex eo quod Conſtitutiones loquantur de Baronibus Romanis, quia vltra quod ipſe quoque eſt Baro Romanus, & de familia à Paulo Tertio ad maiores honores euecta ad inſtar Columnenſiũ, Vrſinorum, & Caietanorum & habet decretum, vt non teneatur niſi ad ea onera, quibus ſubijciuntur alij Barones, & Domini Romani, vt in reſponſione ad primã partem dictũ fuit. Obiectum ſimiliter ceſſat ex verbis claris ipſarum Conſtitutionum, dum expreſsè diſponunt de Principibus, & Ducibus, & tanta verborum generalitate, vt nullum relinquant dubitationi locum, vt in Cõſtitut Clem. in illis verbis *contemplatione ipſorum Principum, Ducũ, Marchionum etc.* & infra ibi *quoad illos Principes, Duces etc.* & clarius in Motu proprio Pauli V. ibi *etiam ſi Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Domicelli, et S. R. E. Cardinales,* quia dictio etiam implicat caſum magis dubitabilem *Surd. conſ.* 303. *num.* 15. 77
Seraph. deciſ. 530. *num.* 6. & auget diſpoſitionem ad qualitatem perſonarum quibus ad iungitur, *Anchar. conſ.* 2[illegible]8. *num.* 6. *verſ. & hoc.* At ſi comprehendit Cardinales, ideo multo quidem magis comprehendit Ducem Parmæ, quia Cardinales 78
æquiparantur Regibus *Barbat. de præſtãtia*
Cardi-

Cardinalium par. 1 *sect.* 1 *num.* 24. rursusq; etiam, quia vltra dictam clarã expressionem, Principum, Ducum, & Cardinaliũ subiungit clausulam, & alij quicumque quomodolibet priuilegiati, qualificati, & speciali nota digni, quæ clausula
79 comprehendit nedum Principes, & Duces, sed etiam Reges, & Imperatores *cap. quamuis, vers. cuiuscumque dignitatis de off. ord. in* 6. *Gomes. in proem. Regul. quæst.* 4. *num.* 2. *& per tot. Gregor. decis.* 240. *num.* 4. *&* 5. præterea, & hoc omnem tollit scrupulũ, quia dignitas Ducatus etiã cuiusuis
80 potentiæ non est in consideratione, nisi respectu eorum, quæ ipsi tanquam tales Duces facere possũt est ratione potestatis ipsis communicatæ, vt pote condere Statuta, quæ non sunt contra ius, spurios legitimare, reos publicatione bonorum punire, & alia huiusmodi, de quibus per *Rim. iun. cons.* 57 *nu* 17. *Menoch. cons.* 459. *num.* 27. *& cons.* 1056. *num.* 14. Sed respectu eorum, quæ vti talis Dux in suo Ducatu facere non potest, prout est Montiũ erectionis, pro qua sibi necesse fuit semper ad Summum Pontificem recurrere, illa maior dignitas, vt dixi, non est considerabilis, quia non confert ad actum erectionis, neque ad illum est ordinata, Ideo exempti etiam à iurisdictione Epis-
81 copi non gaudent exemptione respectu Parochialis, & eorũ quorũ Episcopo subesse debent *c. cum Cappella de priuil. Couar. practic. qq. cap.* 11. *sub n.* 5. *vers. posset tamen.*

Sed postremo nec quartum, & vltimũ, quod nempè Cõstitutio Clementis VIII. non tribuat Congregationi facultatem
82 exequendi, nisi mandata in eadem Congregatione exhibita, quia quicquid sit de executione mandatorum relaxatorum pro fructibus, tamen quoties agitur de Montium extinctione, Congregatio non indiget expeditione mandatorum, neque illorum præsentatione vt etiam fuit resolutum *in d. decis.* 482. *Baratt. nu.* 45. quin imò potestas extinctionis fuit ipsi soli Cõgregationi reseruata, & tributa, vt in eadẽ Cõstitutione Clem. dum preter mandatorum aliorum iudicum executionẽ, vlterius disponit vt ad Montium extinctionẽ procedat, ex quo satis admittit. quod mandata ipsa ab eadem relaxari possint, & debeant, cum absq. tali mandatorum relaxatione nõ possit ad extinctionẽ procedere, quia consequens includit suum 83
necessarium antecedens *l. ad legatum. ff. de Procurat. Surd. cons.* 402. *num.* 7. *&* 417. *num.* 3. & clarius imò clarissimè probatur ex Motu proprio Pauli V. qui expresse disponit, quod Congregatio Montium, præuia vnica tantum citatione mandata executiua quæcumque per acta sui Notarij decernat, relaxet, & exequatur. Et 84
comprobatur vlterius ex obseruãtia subsecuta, cum sola Congregatio mandata pro extinctione Montium semper & passim relaxauerit, & relaxet, & non alius Iudex *Rot dec.* 249. *nu.* 16. *p.* 5. *rec.*

Firmato igitur, quod de Iure, & ex Cõstitutionibus Apostolicis fuerit locus extinctioni Montium, non obstat, quod in illorum erectione conueniatur, vt in defectum obseruationis promissorum liceat Montistis propria auctoritate possessionem dictorum bonorum appræhendere, eaque eorum arbitrio quibuscumq. personis pro quocumque pretio reperibili locare, & alio quocumque modo de possessione, & fructibus pro prædictorũ implemento, & obseruantia libere dispo. nere, quasi per hanc specialem prouisionem cesset prouisio legis deueniendi ad Montium extinctionem, & bonorum subhastationem, & deliberationem, quia non sequitur, Creditoribus Montistis fuit tributa facultas disponendi de fructibus, ergo videtur etiam conuentum, vt non possit Iure medio disponi de proprietate, quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis ordinariæ, quæ ma-

magis prospexit *l. prima in fine C. commun. de legat. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 17. n. 20. Gabr. de reg. Iur. conclus. 8. num. 11* nisi pro-
86 betur illud pactum fuisse appositum animo nouandi, & recedendi à prouisione legis, quod tamen non præsumitur, nisi expresse agatur *l. fin. C. de nouit. & in specie contulit Crauett. cons. 442. num. 4. in fine*.
87 Sed potius vtrumque remedium cócurrere potest scilicet disponendi de fructibus ex pacto, & ex dispositione iuris communis ex quo non sunt incompatibilia *Bald. cons. 329. num. 6. vers. in contrarium lib. 1. Crauett. d. cons. 442. num. 5.* in
88 quarta responsione, & ideo tacita hipotheca, quæ competit pro dote in bonis mariti, & pro legatis in omnibus bonis Testatoris non cessat per specialem hipothecam alicuius rei *Neguſ. de pignor. 2. par. 4. membr. 4. nu. 153. vers. amplia Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 17. num. 33. & seqq.* sicuti
89 nec per expressam hipothecam in certa re conductoris cessat tacita hipotheca in ducta à lege super bonis inuectis, & illatis *Aret in §. item seruiana num. 4. vers. quid si locator de action.* vbi recitat opiniones Dini, & Baldi, & tandem dicit hoc verius *Neguſ. de pignor. 2. par. membr. 4. num. 91.*
90 vbi de communi, & pariter per adiectionem pœnæ in contractu emphiteusis nō censetur recessum à pœna caducitatis competeñ de Iure cōmuni *Menoch. cons.*
91 *373. num. 33.* ne aliàs prouisio hominis in dictis & alijs casibus in pactum deducta fauore Creditoris in eius odium retorqueatur *Crauett. cons. 442. num. 6. vers. 5. Dec. cons. 232. sub num. 6. post princ. vers. & ideo & vers. et certe, et ante finem vers. et*
92 *eo*. At denique sumus etiam in hoc extra omnem difficultatem, quia dictum pactum fuit appositum per verbum liceat, quod est potestatiuum, & non importat necessitatem *Soccin. cons. 115 n. 5. ad finem vers. sed ad hoc respōdeo supra dicto*
93 *lib. 3.* & ideo pactū factum Creditori, vt lapso certo termino valeat pignus sibi datum vendere non cogit ipsū Creditorem ad vendendum pignus, vt illius venditione omissa non possit alijs Iuris remedijs vti pro eius satisfactione *l. quamuis ff. de pignor. act. vbi Castr. num. 2.* ponderat pactum fuisse appositum fauore Creditoris, qui propterea potest suo fauori renūciare, & nu. 5. vbi quod non obstante pacto, potest capi facere debitorem, & dicit esse menti tenendum.

Prout nec releuat, quod dū Dux Raynutius in facultate Mōrīstis Montis Plani Abbatiæ tradita capiendi possessionē bonorum propria auctoritate, & ea pro pretio reperibili locandi addiderit verba, dummodo ex illis non sequatur bonorum alienatio, nām in hoc prudenter fecit, cū illi maius præiudiciū oriri posset ex bonorum alienatione, propria Montistarū auctoritate faciēda, quàm ex locatione, & quamuis sub intelligeretur, quia pacta de vno ad aliū casū non extenduntur. *l. quicquid astringendæ ff. de verb. obligat. Bursatt. cons. 266. num. 16. & 17 lib. 3.* tamen potuit ad maiorem cautelam in 94
hoc expresse sibi prospicere ad tollendā dubitationem, quæ subesse poterat *l. qui mutuam ff. mandati Surd. cons. 13. nu. 14.* vbi quod sæpe toleratur inculcatio verborum, tanquam facta, vt quis cautius sibi prouideat, nam abundans cautela non nocet *Gratian. discept. 141. num. 12.* sed hæc restrictiua non limitat contractum, vt extra casum alienādi propria auctoritate non possit ad eam iure medio deueniri, quia qualitas in vna parte contractus ad aliam non refertur *l. qui fundum ff. de contrahen. empt. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 5. num. 3. & infra*, & præsertim vbi adest diuersa ratio, prout in ca u nostro, in quo Dux non potuit magis confidere de suis Creditoribus, dū bona erant locanda, vt ex fructibus consequerentur fructus Montium, sicut dum essent di-

stra-

strahenda *Menoch.consf.111.nu.26. Surd. cons.213. num.13.*

Et in hoc quoque cessat omnis difficultas, quia dum postea Dux Raynutius se obligauit in executionem dicti decreti promisit quod tam Tiberius Ceulus Depositarius electus, *quam alij pro tempore eligendi de fructibus, & redditibus, & prius quam de dictis fructibus disponent ante omnia dictam annuam summam scutorum decem millium retinere, illamq. eisdem Creditoribus, & Montistis annuatim, & quolibet bimestre in fine illius ratam persoluent, nec non de soluendo ad fauorem eorumdem Montistarum, & Creditorum se se etiam in forma Cameræ obligabunt, ita tamen quod dictus Dux Raynutius factum alienum promittendo &c. nullatenus excusari valeat, sed præcisè ad præmissa omnia teneatur, & compelli possit. Et in omnem casum defectus & inobseruationis &c. eisdem Montistis &c. liberam potestatem, & facultatem concessit, vt liceat eis &c. propria eorum auctoritate &c. liberè, ac licitè possessionem dictorum bonorum apprehendere, bonaq. huiusmodi, &c. locare, &c.* Et in Instrumento quoque erectionis Montis Farnesij primæ Erectionis Procurator Ducis Raynutij promisit, vt infra videlicet, *alias vltra obseruationem, ad quam voluit d. suum principalē posse cogi, ad maiorem etiā cautelam dedit facultatē, & auctoritatem capiendi possessionem Tenutarum &c.* & Dux Odoardus etiā promisit soluere dicta scuta 68125. *alias vltra obseruationē, ad quam semper teneri voluit posse cogi, ad maiorem etiam cautelam dedit facultatem capiēdi pos-*
97 *sessionem propria auctoritate.* Ex quibus apparet dictam facultatem tributam fuisse pro maiori cautela dd. Creditorum, non autem ad eximendum Ducem ab obseruatione contractus, eum idem dixerit se velle ad obseruationem contractus posse cogi, ex traditis per *Addentes ad Greg. XV. 241. sub num. 8. vers. hac conclusio.* & dum dedit dictam facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, protestatus fuerit illam dare vltra obseruationem contractus, quia dum dixit vltra obseruationem videtur vtrumque promisisse,
quia dictio vltra est inclusiua præcedentium *Dec. in l. actione num. 9. C. de transf. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 11. num. 68.* 98
Menoch. præsumpt. 145. num. 4 lib. 4. & ideo 99
si maritus vltra dotem sibi traditam legat vxori, scuta mille, vel aliam summā dicitur vtrumq. legare *Grat. discept. 116. n. 29.*
præsertim, quod dicta facultas censetur 100
etiā data pro maiori cautela, quæ clausula nullo modo excludit, aut nouat priorē obligationem *Surd cons. 495. n. 11. Rot. decis. 338 n. 1. par. 1. diuers. & decis. 3. in princ.*

Præterea quicquid sit de prædictis obiectum omninò cessat ex Constitutionibus Apostolicis, quæ superuenerunt ad supplendum prouisionem hominis, cum enim experientia docuisset remedia ordinaria non sufficere, vt personæ priuatæ exigere possent fructus sibi debitos ex causa Montium, & Censuū intuitu Principum, Ducum, & Baronum erectorum, & respectiuè impositorum, ex quo vt dicitur in eadem Constitutione Clementis Creditores litibus inuoluebantur, expēsas faciebant, & nihilominus eorum credita non exigebant, Ideo idem Clemens, & etiam Paulus V. ad consulendum indemnitati ipsorum Creditorum statuerunt Principes, & Duces antedictos ad Montium, & Censuum huiusmodi extinctionem compelli posse, vt tali lege, & modo omnia vnico terminarentur iudicio etiam summario, & dd. Creditores, qui sunt priuatæ personæ vnico contextu quoad fructus, & sortem à potentiorum
oppressionibus eximerentur, quando au- 101
tem lex superuenit ad supplendam dispositionem hominis, tunc nemini dubium est, dispositionem legis, & non hominis attendi debere *Bald. in l. vbi adhuc nu. 16.*

C. *de iur. dot. Gabr. de reg. iur. conclus.* 8. *num.*
18. *in fine. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 19.
num. 45. quod signanter procedit, quoad
102 Montes, qui ex licentia, & gratia Sedis
Apostolicæ procedunt, quia si priuatus
potest conditionem apponere circa rem
suam, & illi tradere formam, qua non
secuta, contractus rescindi possit, ita &
multo quidem fortius hoc facere potest
Papa, & Princeps, quoad contractus eius
auctoritate initos, cum certè eius proui-
sio sit fortior prouisione cõtrahentiũ *Ald.*
Mascard. de stat. conclus. 7. *num.* 41. *vers.*
secundo moueor. Bero. cons. 146. *num.* 7. 32.
& 36. *lib.* 3. quia disponit super illis, quæ
ad suam pertinent potestatem *Rot. decis.*
191. *nu.* 7. *in fine par.* 1. *recent.* quam etiam
prouisionem Summi Pontifices omni-
nò facere debuerunt, quia Dominus, &
103 Subditus sunt correlatiui, & sicut subdi-
tus tenetur Dominum adiuuare *c.* 1. *de*
forma feudi. Afflict. decis. 23. *num.* 4 ita pe-
culiare, & proprium Principis est com-
moda subditorum inuestigare, eorumq.
oppressiones, & grauamina tollere *l. nam*
salutem de off. Praefect. vigil. c. fin. de off deleg.
Capiblanc. de off. Baron. *pragmat.* 1. *num.* 3.
& seqq. & non solum defendere eorum
personas, sed etiam eorum iura, & bona,
quæ dicuntur secundus sanguis hominis,
vt ait *Afflict. d. decis.* 23. *nu.* 45. cum etiam
Princeps ad hoc sit institutus, & in eo
faciat se similem Deo *Capiblanc. vbi su-*
pra; & ideo debet abusus subditis præ-
iudiciales tollere, & nouas leges, quæ ex
varietate temporum necessarias esse co-
gnoscit edere, & publicare, quibus ratio-
nibus adducti Clemens Octauus, &
Paulus, ex eo quod Montium erectiones
tenderent in præiudiciũ pauperum sub-
ditorum, mandarunt, vt dum Principes,
& Duces, & alij similes ex potentioribus
fructus Montium, & etiam censuum non
soluunt, Congregatio eos ad extinguen-
dum cogeret, & compelleret, ità publi-
ca vtilitate suadente, propter quam sicut
licet recedere à pacto *Ciriac. vbi supra* 104
num. 80. *&* 81. ita multo magis à sim-
plici concessione, & priuilegio. Ponde-
rando etiam quod solutio fructuum 105
Montium Romanæ Curiæ dupplex con-
cernit interesse priuatum scilicet, & pu-
blicum, & ideo quamuis pacto priuato-
rum fuisset recessum à prouisione legis,
quod non est ex superius adductis, ta-
men hoc esset respectu eorum interesse
priuatum, non autem quoad interesse
publicum, cui partes non possunt, nec
directè, neque indirectè renunciare
gloss. in cap. diligenti pacto priuatorum de foro
compet. l. si quis in scribendo C. de pactis. An-
char. cons. 171. *num.* 1. *Rot. apud Buratt. de-*
cis. 931. *Cesenaten. Indultorum num.* 1. In-
teresse publicum est patens tam ne qui
alias loca Montium emerent, & præser-
tim forenses retrahantur ab emptione lo-
corum Montium Romanæ Curiæ, quàm
ex eo quod Montes eriguntur auctoritate
Sũmi Pontificis, & propterea sua interest,
quod Montistæ, qui contrahunt nixi au-
ctoritate, & vigilantia Papæ, & eius offi-
cialium, quæ in huiusmodi erectionibus
adhiberi consueuerunt, non decipiantur,
minusque sub fide publica, quæ omni-
bus est seruanda, circumueniantur. *Me-*
noch. cons. 100. *num.* 96. Et hinc Paulus V.
in dict. eius Motu proprio statuit, vt ne- 106
gligentibus Montistis Congregatio ad
Montium extinctionem deueniat ad so-
lam instantiam Cõmissarij Cameræ, qua
pariter ratione fisco à legibus, quamplu-
ra priuilegia concessa sunt, & præsertim
propter publicas vtilitates, quas pro bo- 107
no publico subire ei necesse est. *Mantic.*
de tacit. lib. 11. *tit.* 18. *num.* 2. *Petr. V and. de*
priuil. credit. cap. 10. *col.* 2. *post princ. vers.*
quamuis.

Ex quibus cessat Motiuum per Au-
torem libri adeo exaggeratum, quod nẽ-
pè iudicium extinctionis factum fuerit
ad

ad instantiam Commissarij Cameræ, quamuis de ipsius Cameræ interesse non ageretur, tum quia interesse Cameræ est clarum, & ineuitabile, prout ex supradictis, tum quia Paulus Quintus voluit, quod Congregatio in illis casibus ad extinctionem Montium deueniat, etiam si de Cameræ præiudicio principaliter, vel aliàs non ageretur; & ideo iudicium ex hoc capite impugnari non potest, nisi asserendo, quod dictus Pontifex ità statuere non potuerit, quod esset ponere os in Cœlum, & sacrilegum, cum certè condere leges ad Papam pertineat vti supremum Principem §. *sed, & quod Principi placuit instit. de iur. nat gent. & sim. l. 1. C. de Constit. Bero. conf. 63. num. 13. lib. 1.* vbi etiam quod potest leges condere ad eius beneplacitum *Menoch. conf. 604. num. 2.*

108 & quamuis Commissarius Cameræ, defensores Montis requisiuerit ad agendum secum, & pro eodem effectu tres particulares Montistas fuerit allocutus, tamen hoc vt ipsi testes sunt, non nisi magna cum vrbanitate fecit, quia nec strictioribus officijs opus habuit, sed illos dumtaxat requisiuit, vt eos in negligentia constitueret, cum enim virtute eiusdem Motu proprij Commissarius agere non posset, nisi negligenti-

109 bus Montistis, quæ verba in ablatiuo absoluto posita faciunt conditionem *Corn. conf. 156. nu. 7. & conf. 216. nu. 4.* etiã formaliter adimplendam *Rim. iun conf. 37. num. 9. Gregor. decis. 491. num. 7.* Ideò Commissarius eam diligentiam fecit, vt simpliciter eos induceret ad se congregandum, & itàut totum Collegium constitueret in negligentia, cum scientia, &

110 negligentia singulorum non sit scientia & negligentia Collegij *Felin. in c. cum omnes nu. 8. de Constit. Seraph. decis. 857. n. 7.* Adeout etiam vt non sufficeret requisiuisse omnes de Collegio, nisi simul congregarentur. *Cost. de fact. scientia, & ignoran. inspect. 30. num. 12.* Vnde secuto dicto eorum Collegio Commissarius per modum dicendi, nec aliquem ex ipsis Montistis respexit, quia in summa præcedentes diligentiæ factæ non fuerunt, nisi ad implendam formam Motus proprij non autem ad vim inferenda.

111 Quod postremo dicitur iudicium cõtra Ducem factum fuisse citato Mangello, qui tamen nullum habebat mandatum, tribus tollitur publicis Instrumentis. Primo sub rogitu Angeli Braui Notarij publici Placentini die septima Augusti 1620. quo Dux suum Procuratorem constituit Equitem Alphonsum Carandinum *ad omnes ipsius causas motas, & mouendas actiuas, & passiuas, Ecclesiasticas, & prophanas contra quascumque personas cum clausula amplissima ad lites, & facultate alios in sui locum deputandi, cum similibus facultatibus.* Altero die 14. Octobris 1635. per acta successoris Ioannis Baptistæ Scalæ Notarij Capitolini, quo Eques Carandinus Mangellum in omnibus dictis causis, & cum eisdem facultatibus substituit, & tertio sub die 7. Augusti 1641. per acta Alexandri Magni Notarij Parmeñ, quo Dux asserens alias se suũ fecisse Procuratorem dictum Equitem Carandinum, ipsum, & omnes ab eo substitutos reuocauit, ex quibus, sicut dubitari non potest de sufficienti mandato dicti Mangelli, ità certum est, ipsum in iudicio huiusmodi citari potuisse, cum iudicium 112 in Romana Curia inchoari possit à Procuratore generali *Achill decis. 16. de dol. contum. Gregor. XV. decis. 127. num. 8. vbi Addent num. 12. concordantes allegant.* Præterea Dux fuit etiam legitimè citatus 113 per Edictum iuxta dictum Motum proprium Pauli Quinti, quo idem Pontifex voluit debitores absentes citari

tari

tari posse per affixionem ad valuas, & iuxta eamdem formam traditam in Commissione in actis causæ præsentata Clem. *dudum de Iudic. Menoch. cons.* 100.
114 *num.* 95. *cum seqq.* & hoc non obstante dicta reuocatione Mangelli, qui postquã in Iudicio sub die 13. Iulij superioris anni 1641. dictum suum mandatum exhibuit, & diuersas alias protestationes fecit, & effectus fuit Dominus litis, & inde reuocari non potuit, *Bart. in l. post litem num.* 3. *ff. de Procurat. Bald. in l. nulla num.* 3. *C. eodem. Vant. de nullit. ex defect. mandati num.* 110. Et ex abundanti Dux cum Monguido asserto eius Agente legitimè citatus fuit in suo Palatio, in quo citari posse voluit, & in instrumẽtis dictarum erectionum pro suo domicilio elegit, *Rot. apud bo. me. Coccinum decis.* 116. *n.* 24. *&* 25.

SVMMARIVM.

pro-

prin-

RESPONSIO AD TERTIAM PARTEM.

OMMISSA contra Ducē Odoardum causa extinctionis Montium, vt in secunda parte, ipse ad impediēdū imminentem mandatorum executionem, & Sanctæ Sedi Apostolicæ se opponendum Ciuitatem, & Arcem Castri longe vltra quàm antea fieri solitum esset muniuit tàm propugnaculi, & vallorum extra illius mœnia, constructione, quàm militū vsq. ad numerum 1500. victualiumque plurimorū introductione additis etiam subditorum Sedis Apostolicæ expulsione, edictiq. publicatione in proprios subditos ne extra suas domos auderent pernoctare ad effectum, vt ad omne mandatum Gubernatoris armorum parati essent, Vnde Dux primo fuit vigore Breuium Sanctissimi D N. ab A. C. monitus ad dictas munitiones tollendas, & in pristinum reducendas, ac milites vltra consuetum præsidium introductos dimittendum, secundo vero ipso in contumacia perseuerante ad personaliter comparendum, seque expurgandum sub pœna excommunicationis, læsæ Maiestatis, fæudorum priuationis, alijsque pœnis, illi insuper oblato in verbo Summi Pontificis vigore alterius specialis Breuis saluo conductu pro se, & quinquaginta suis militibus, sed illius crescente contumacia A. C. receptis ad instantiam Fisci plenis probationibus præmissorum Ducem in dd. censuras, & pœnas incurrisse per sententiam difinitiuam declarauit, quæ quidem sententia pariter ab Auctore libri morderi, neque de iniustitia, aut nullitate redargui potuit ex infrascriptis.

1 Nam regula *Text. in l. per Prouincias, C. de ædific. priuat.* disponens quod absq. scientia Principis cuilibet liceat murali ambitu fundos proprios, & loca sui dominij vallare non procedit in Castris, & fortalitijs, ad illorum enim constructionem, & restaurationem omnino requiritur licentia Principis non solum de iure communi, vt ait *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 1. nu. 15. in fine vbi quod opinio Bart. Ias. & DD. in l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur.* nullo iure fundata est, sed est falsa contra expressas leges *Borell. de Magistr. edict. lib. 4. cap. 10. nu. 47. vers. & in omnem euentum Mangrell. in addit. ad Bart. in l. opus. ff. de oper. public.* vbi quod requiritur semper licentia Principis *Larath. in Theatr. feud. par. 11. dilucid. 70. num. 9. Baptista Fragos. in tract. de regimin. Reipublicæ Christianæ disput. 13. num. 374.* vbi quod Castra omnia in Regno ad Regem pertinent, quæ quamuis possint à quocumq. in suo ædificari, non tamen fieri debent absque facultate Principis post *Martin. Lauden. in tract. de Castell. & Castr. quæst. 9.*

Quæ opinio quādo de iure possit difficultatē habere, tamen ista saltem seruatur de consuetudine, quæ dispositioni iuris communis est præferenda in puncto *Gail. obseruat. 69. num. 16. in 2. limit. lib. 2.* vbi testatur de simili consuetudine in Ducatu Bauariæ, & Ratislauiæ *Cassan. ad consuetud. Burgund. rubr. de feorestz, pastorages & Riuer. §. 9. nu. 4. vers. 3.* him ita dicens huiusmodi consuetudinem vigere in Francia vbi propterea vassalli non possunt facere Castra ad Pōtem bene tutum nisi de licentia Dominorum habentium omnimodam iurisdictionem nec turres, nec fossata circum circa suas domos, & cætera huiusmodi, quæ faciunt fortalitiū, subiungens etiam quod Domini de consuetudine possunt eis inhibere, ne talia faciant, & in fine tenet, quod idē seruari debeat in Burgundia, *Afflict. ad Constitutiones Regni lib. 3. tit. de nouis ædific. n. 4. not. 4.* 2

not. 4. vbi quod nullus in illo Regno potest reficere, & multominus de nouo ædificare Castra *Azebed Recepil. lib. 3. tit. 5. l. 18. nu. 3.* vbi dicit idem seruari in Hispania, & idem testatur *Auendan. de exequ. mand. part. 1. cap. 4. n. 2. vers. nam fortalitia. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 13. nu. 15.* vbi pariter testatur de consuetudine in Regnis Aragoniæ, & Cathaloniæ.

At in Statu Ecclesiastico extat Con-
3 stitutio Cardinalis Aegid. inuiolabiliter obseruata inter Constit. Marchiæ lib. 2. cap. 45. qui præmisso quod bo. me. Cardinalis Bertrandus quadam eius Constitutione prohibuerat, quod in Castris, & Terris Romanæ Ecclesiæ nulla vniuersitas, vel Communitas nec specialis persona cuiuscunque conditionis, & status construere, vel ædificare facerent Castra seu fortalitia, vel munitiones, quæ speciem fortalitiorum haberent, quodque inchoata destruerent, alias post mensem Cameræ essent confiscata eandem Constitutionem innouauit, quæ Constitutio sicut comprehendit Duces, Marchiones, & etiam Cardinales ob verba cuiuscunque conditionis, & status ex allegandis in responsione ad secundã partem, ex n. 76. ita comprehendit loca Sedi Apostol. me-
4 diate subiecta, quia intelligitur de locis, in quibus persona illa potest ædificare, & sic de locis infeudatis *cap. licet de pœnit. & rem. l. idemque. ff. pro socio Rom. in l. si vero. §. de vero num. 33. Fallent. 11. ff. solut. matr. Azebed. recopil. lib. 6. tit. 2. in rubr. num. 99.* Præsertim quia Constitutio contrauenientibus imponit pœnam confiscationis quæ dari non potuisset, si aliquis ædificare voluisset in Terris immediatè Sedi Apostolicę subiectis, quia alioquin ędificiũ
5 potius cessisset solo *l. cum in sua §. ex diuerso. ff. de acquir. rer. domin. Bald. cons. 309. num. 4. vers. item certum est lib. 3. Cepoll. de seruit. Vrb. prædiorum cap. 4. num. 10. Surd. decis. 162. num. 2. Rot. decis. 53. num. 12.* & *13. par. 4. diuers.* & in terminis ædificij constructi ad vsum Castri in alieno Territorio consuluit *Abb. cons. 62. nu. 14. vers. in secundo capite lib. 2. Cepoll. de seruit. vrb. prædior. cap. 39. num. 7. vers. quod procedit,* & ideo non potuisset confiscari ex regula, quod semel est meum non potest 6
amplius effici meum *l. cum res. C. de contrahen. empt. Abb. cons. 3. ante num. 1. vers. item quod meum est lib. 2.* Præterea posito quod dicta Constitutio comprehendat Duces, Marchiones, & similes, Aut Constitutio intellexit prohibere cõstructionem Castrorum in Terris infæudatis, & tunc res est de casu indubitabili, aut sensit de ædificandis in Terris immediatè Sedi Apostolicæ subiectis, & tunc cessat distinctio, quæ fit de locis imme- 7
diatè, vel mediatè subiectis ratione subiectionis personæ, & districtus, in quo ædificatur *Bald. in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur num. 2. & 3. ff. de eden. Gratian. discept 431. num. 16. Thes. qq. forens. lib. 2. quæst. 5. num. 4. & 5. Rot. Greg. decis. 255. nu. 5. & apud Buratt. decis. 188. per tot. vbi Add. num 21. vers. quia vt huiusmodi statutum,* & sufissimè resolutum fuit *in Narnien. successionis 22. Maij 1628. coram bo. me. Merlino,* Aduertendo, quod 8
licet Constitutio loquatur de cõstruentibus Castra, seu fortalitia, tamen locũ habet etiã in illis, qui veline ea tantũ reficere & munire, vt declarat glossator ibi ad eãdem Cõstitutionem post *Bald. & Alex. ibi citatos, vbi quod dictum Abb. in cap. Pisanis de rest. spol.* dicentis prohibita Castri constructione non censeri prohibitam illius restaurationem non mutata forma debet suppleri ita demum restaurari posse cum Superioris licentia *Mangrel. in citat. addit. ad Bart.* vbi quod siue Ciuitas velit sibi muros de nouo facere, siue antiquos reparare semper requiritur auctoritas Principis *Afflict. d. tit. de nouis ædific. num. 4. Mascard. de probat. conclus. 97.*

num.

num. 19. in secunda ampliatione.

Sed circumscripta omni consuetudine, & Principis Constitutione, seu prohibitione, & dato etiam, quod vera esset opinio eorum, qui tenent Castra, & fortalitia in proprio fundo construi posse absque Principis licentia, adhuc ea tri-
9 bus restringitur limitationibus ad casum nostrum facientibus. Prima videlicet. Si Vassallus ædificet in locis limitaneis, & limitrophis *l. quicumque Castellorum. C. de fundo limit. lib. 11. Bart. in d. l. ex hoc iure num. 7. vers. nota quod est verum Neuizan. inter cons. Brun. cons. 12. nu. 57. Boer. decis. 320. num. 16. Gail. obseru. 69. num. 18. lib. 2.* vbi considerat quod multa incommoda, & scandala Imperio, vel alteri Prouinciæ accidere possunt. *Cassan. d. §. 9. num. 3. vers. 2. limita, Afflict. dicto tit. de non ædific. num. 5. in 2. limit. Cepoll. de seruit. rust. præd. cap. 39. num. 7. in princip. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 13. num. 14. Azebed. Recopil. lib. 3. tit. 5. l. 18. n. 3. Bellon. Iun. cons. 76 num. 60. vers. & maxime in locis limitrophis, Fragos. de reg. Reipublicæ Christianæ disput. 13. nu. 374. vers. præsertim.* Altera quando Dominus Castri il-
10 lud muniret ad æmulationem alterius *d. l. nouum opus, ff. de oper. public.* ibi præterquam ad æmulationem *Bart. in d. l. ex hoc Iure num. 7. & ibi Alex. in additione verb. æmulationē, Cassan. loco proximè citat. num. 3. in fine primæ limit. vers. aduertendum*, vbi in specie quando quis vellet ædificare ad emulationem Principis, vel Ciuitatis. *Abb. in c. Pisauris num. 19. de restit. spoliat. Mascard. de probat. concl. 97. num. 12. & 13. Gratian. discept. 432. n. 10. & discept. 745. num. 36.* vbi quod etiam est impediendum ne ædificet *Adden. ad Buratt. decis. 631. num. 26. Boer. decis. 320. num. 8. & seq. Afflict. in cap. 1. §. & Palatia num. 5. quæ sint regalia, & in dicto tit. nu. 5. in 1. limit. Gail. d. obseruat. 69. nu. 17. & seq. Cancer. d. cap. 13. num. 5.* Et tertia limitatio est in ædificijs, quæ licet non fiant ad æmulationem tamen possūt esse 11
seditionis, & scādali, ac perturbare quietem publicam, nam non licet huiusmodi ædificia construere, & quatenus constructa sint, debent, demoliri *Ang. in l. per Prouincias in fine, vers. & aduerte, C. de ædific. priuat. & ibi etiam Alberic. ad med.* ibi quia ex hoc posset oriri scandalum *Gail. d. obseruat. 69. num. 18. lib. 2. num. 1. vers. in dubio Auendan. de exequ. mand. par. 2. cap. 2. nu. 1. vers. in dubio* vbi quod turris, & domus vallata muro, & circumdata Barbacanis, vt quæ est contra quietem publicam est vitanda & in fine *vers. & quamquam*, vbi quod licet ædificium ædificari esset commodum si pax populo perturbaretur pariter vitandum est, *& num 2.*

In proposito autem non solum Castrū est in finibus limitaneis Status Sedis Apostolicæ, & Statuum aliorum Principū sæcularium, sed etiam ex qualitate munitionis est aptum perturbare quietem publicam, & parere scandalum, & Zelotipiam dare proprio Principi, & alijs Principibus vicinis, & quod plus est cum sit 12
prope mare potuit postquam fuit propugnaculis, & vallationibus munitum ab hostibus Sedis Apostolicæ inuadi, & occupari, vt aduertit *Gail. d. obseru. 69. n. 23.* vbi in terminis considerat, quod tempore belli hostes possunt in tale fortalitium se recipere incursiones facere, multaque damna Ciuitati vicinæ inferre, adeout dari possit casus, quod quis nō ad malum finem construat, & muniat Castrum, sed animo iuuandi Dominum directum, & tamen cogi possit ad illud demoliendum propter tale periculum, ergo multo magis debet demoliri, dum constat, illud munitum, & fortificatum fuisse ad æmulationē sui supremi Domini, & ad ei se opponendum, cum non liceat subdito, & vassallo se opponere aduersus Dominū

sed

sed debeat illi obedire, & ita cessat, quod dicitur ædificium præsumi factum ad bonum finem, quia etiam dato bono fine, munitiones factæ per Ducem erant propter dictum periculum demoliendæ, & in pristinum statum reducendæ ita iubente Summo Pontifice. Item
13 Castra in locis limitrophis non debent fortiter muniri ob dubium ne Vassallus à Principe deficiat *Neuiz. inter cons. Brun. cons. 12. nu. 53. vers. taceetur 8. Grat. cons. 147. num. 16. lib. 2. Menoch. cons. 1003. num. 57. vers. secundus casus lib. 11.*

Non omisso quod licet solus Deus sit
14 scrutator cordium, tamẽ animus ex actibus præcedentibus, & subsequentibus declaratur, sicut in proposito facillimum est iudicare, an ædificium, seu restauratio antiqui ædificij, illiusq. munitio sit ad bonum, vel ad malum finem, hoc enim colligitur ex coniecturis, quæ remittũtur arbitrio Iudicis *Cepol de seruit. vrban. præd. c. 61. num. 2. in 2. fallentia vers. puto tamen Menoch. de arbitrar. iud. cas. 185. num. 8. Adden. ad Buratt. decis. 631. nu 25.* Vnde in proposito videtur indubitatum dictas munitiones, & fortificationes Castri factas fuisse ad malum finem, primo quia cũ factæ fuerint post commissam causam
15 extinctionis Montiũ, & Dux nõ habuerit aliã causam muniendi, præsumitur quod fecerit ad impediendam executionem de qua dubitare poterat, sicut si reus alienet rem, super qua fuit sibi mota lis, illique immineat executio, lex præsumit, quod alienatio facta fuerit in fraudem paratæ executionis *Bald. in l. maritorum num. 45. vers. breuiter dico C. ne vxor pro marito. Castrens. in l. à diuo Pio, §. si super rebus nu. 7. ff. de re iud. Roland. cons. 38. nu. 3. lib. 2. Paris. cons. 70. num. 31. lib. 4. Surd. cons. 533. nu. 4.* deinde verò, quia Dux non solum muni-
16 uit nulla impellẽte necessitate, sed etiam sine spe cõsequendi aliquam vtilitatem, idcircò pariter præsumitur, quod ad malum finem muniuerit, vt in terminis cõstructionis Castri, seu fortalitij non afferentis ædificanti aliquam vtilitatem, cõsuluit *Roman. cons. 52. nu. 4. & ibi Adden. in penult. & vlt. addit. Mascard. de probat. concl. 97. n. 12. & 13. Gail.* licet loquatur in alijs ædificijs, quàm Castri, seu fortalitij *obseruat. 69. num. 28. lib. 2. Ceppoll. d. tit. 38. num. 2. in 5. fallentia. Gratian. disceptat. 745. nu. 37. Adden. ad Buratt. d. 631. nu. 27.* imò etiam si ædificãs aliquam perciperet vtilitatem, si tamen vtilitas est modica *Mascard. d. conclus. 97. num. 16. in prima ampliatione.* vbi quod parum, aut nihil æquiparantur *Gail. d. obseruat. 69. num. 28. vers. postremo. Cepoll. loc. cit. num. 30. vers. idem facit, & Adden. ad Buratt. d. decis. 631. nu. 27. vers. & idem procedit.*

Et cessat omnis difficultas, tum quia 17
Dux inscio Papæ, milites collegit, exercitumque comparauit contra leges expressas *l. lex 12. tabularum §. eadem,* ibi delectum habuerit exercitum comparauerit, *ff. ad l. Iul. maiest. Sixtin de Regal. lib. 2, cap. 1. num. 18 Farinace. de crim. læs. maiest. q. 113. nu. 119. & seqq.* Tum quia moni- 18
tus ad dimittendum milites intra d. Castrum introductos, non solum non paruit, sed se aduersariũ Summo Pontifici parauit, pugnareq. voluit, *Oldrad. cons. 43. num. 8. vers. ille ergo &c.* vbi quod ille dicitur committere crimen læsæ Maiestatis, qui suppositus Imperij Iurisdictioni ab obedientia se subtrahit, hostis nomen assumit, & se Domino suo aduersarium parat *Fab. Ann. cons. 67. n. 8. & 9. Farinac. de crimine læs. Maiest. q. 113. num. 75. vers. vide tamen,* & ideo quicquid dici possit an Vassallus ob solam inobedientiam incidat in crimen læsæ Maiestatis, vt tenet *Bart. in Const. qui sunt rebelles, verb. tenore in princip.* vbi quod rebellare non est nisi voluntati Principis resistere. *Alex. cons. 103. num. 18. lib. 1.* vbi dicit verum, & de rebellione non dubitat quando Vassallus

tus facit contra prosperitatem Imperij, *& cons.* 13. *per tot. lib.* 6. *Boss. de crim. les. Maiest. num.* 43. *in fin.* & sequitur *Farinac. d. q.* 113. *num.* 69. *& seqq.* vbi ex multis probat plus esse Principis voluntati resistere, quàm illi simpliciter non obedire, & ideò dum Dux se aduersariũ parauit, & monitus ad desistendum ab inchoatis non destitit, non potest à culpa excusari, quia non obediendo fassus fuit se velle in sua deliberatione persistere, & sic ex sola precedenti præparatione in crimen præfatũ incidit *Boss. in tract. de seditiosis num.* 39. sed cum etiam palam pugnauerit, negari non potest, quin animum hostis assumpserit, & fecerit plusquam requirant *Oldrad. Fab. Ann. & Farinacc. locis citatis.*

Sed quod Dux ex sola militum collectione, & adunantia inciderit in omnes dd. pœnas vltrà iuris dispositionem inconuincibiliter probatur ex Constitu-
19 tione Sixti Quinti in ordine 75. qua sub eisdem pœnis prohibetur vniuersis, & singulis, & etiam Ducibus, ne per quascumque causas, etiam sub prætextu propriæ possessionis audeant militum copias cogere, & parare, vel ducere, quæ quidem Constitutio dubio procul comprehendit Ducem Castri, vt quo ad alias Constitutiones supra fuit probatum in responsione ad primam Partem *num.* 54. & in alia responsione ad secundam Partem *num.* 76. maxime quia in ista vltra clausulam cuiuscumque status, gradus, & conditionis leguntur verba vniuersis,
20 & singulis, verba enim vniuersalia magis operantur, quam verba generalia *Gozad. cons.* 51. *num.* 25. *Decian. cons.* 51. *num.* 13. *lib.* 1. *Tiraq. de retract.* § 1. *gloss.* 7. *num.* 26. & comprehendunt omnes personas etiam priuilegiatas, Idem *Tiraq. in l. si vnquam in præfat. num.* 118. *C. de reuocand. donat.*

Vnde Author libri cogitur recurrere ad Par. III.

facultatem muniendi quam asserit Duci competijsse, & tamen ea nullius est ponderis, nam aut ipse fundatur in concessione sibi facta per Cameram Apostolicam, aut in priuilegijs aliorum Principum sibi communicatis, & primo casu licet cõcessio Montis Alti in fauorem Petri Aloysij facta fuerit pacto inter alia inito, quod teneretur reficere Arcẽ dictæ Terræ, & ibidem præsidium militum pro tuitione, & defensione Affidatorum Dohanę retinere tamen huiusmodi facultas non potest 21
sibi suffragari, primo quia facultas reficiendi intelligebatur de primo actu refectionis *l. boues.* §. *hoc sermone. ff. de verb. signific. Cotta in memor. verb. rescriptum vers. benefacit* vbi in simili quod promissio reaptandi molendina intelligitur de prima reaptatione *Tiraq in d.* §. *hoc sermone num.* 100. & in terminis priuilegij aliquid faciendi *Curt. qui loquitur de licentia testandi* quamuis voluntas sit ambulatoria vsque ad mortem *dicto consil.* 178. *num.* 26. *& duobus seqq. Soccin. Iun. consil.* 25. *numer.* 64. *& seqen. lib.* 2. & probatur quia posito quod Sedes Apostolica voluisset Ducem cogere ad Castrum muniendum, ipse excipere potuisset, se non teneri, quia erat liberatus per primam munitionem, cum certe omnis 22
obligatio, nisi aliud dictum sit, intelligatur de prima vice. *l. dotis promissio, C. de iure dot. Tiraq. super d.* §. *hoc sermone in princ. & num.* 166. *vers. sexagesimo septimo*, & ideo nec ipse potuit illud de nouo munire absque licẽtia Summi Pontificis, cum contractus non debeant claudicare, *cap. cum inter de empt. & vendit.* & pluribus comprobat *Surd. cons.* 431. *num.* 44. & in terminis contractus emphiteotici, qui fraternizat cum cõtractu feudali fuit decisum *in Cæsenaten. bonorum emphiteoticorũ 9 Decemb.* 1588. *corã Bubalo*, & neq. etiã 23
vnus admittatur ad pretendendum illud cuius contrarium nõ fuisset postulaturus

 l. si rem

l. firem, & prctium, ff. de petit. hared. l. ra-
tas. C. de rescind. vendit. Surd. d. cons. 431.
num. 45. vbi etiam quod contractus de-
bet interpretari, ne altera pars remaneat
decepta: Secundo quia huiusmodi facul-
tas, seu obligatio muniendi fuit in con-
uentionẽ deducta ob quam plurima fur-
ta, quæ tunc in ea Prouincia committe-
bantur, adeout reddita fuisset impracti-
cabilis vt in illis verbis, *nam latrocinia in*
Dohanis Patrimonij in Tuscia B. Petri pluri-
mum committunt furta, & rapinas flagran-
tissimas faciunt, quo fit, vt ipsi affidati cum
suis animalibus in dd. Dohanis ità maximis
damnis afficiantur, quod breui tempore vlte-
rius ad dd. Dohanas non accederent, quæ ra-
24 tio cessabat, & cessat hodie, vnde cessan-
te pariter causa finali, quia affidati hodie
accedunt ad pascendum cum eorum ani-
malibus, absque vllo prorsus timore, ces-
sat quoque illius dispositio, vt latè fuit
probatum in responsione ad secundam
partem. Addito etiam quod facultas
25 muniendi tributa fuit ad impedienda
latrocinia, quæ tunc temporis fiebant, &
non ea, quæ post longum tempus fierent
vt colligitur ex alijs verbis dicti con-
tractus, ibi, *quantum cum iustitia possi-*
bile est istis inconuenientibus, nam di-
ctio istis stat ad significandum dumta-
xat impedimenta, quæ tunc de facto fie-
bant *Paris. cons. 35. nu. 20. lib 2. Menoch.*
cons. 276. nu. 13. vbi quod significat im-
medietatem quamdam *Tiraq. de retract.*
conuent. §. 1. glos. 6. n. 25. & est exclusiua
quorumuis aliorum impedimentorũ, quę
Affidatis aliter, & de alio tempore inferri
possent. *Seraph. decis. 552. num. 1.* Tertio
quia Camera concessit Petro Aloysio Ca-
strum Montis Alti pro se, hæredibus, &
successoribus in quartam generationem,
ita quod ea finita Castrum rediret ad Ca-
meram reseruato hæredibus, & successo-
ribus prędictis iure petendi confirmatio-
nem, & deinde apposuit pactum per ver-
ba infrascripta videlicet, *quod præfatus Io-*
annes Petrus Aloysius teneatur reficere, & re-
staurare Arcem dictæ Terræ, quia si onus 26
restaurandi intellectum fuisset aliter quã
do prima restauratione, pactum non fuis-
set restrictum ad personam ipsius Petri
Aloysij, sed extensum fuisset ad personas
hęredum quoq. & successorum, quod col-
ligitur etiam ex dictione præfatus, quæ
significat idem, quod dictio prædictus
Crauett. cons. 919. num. 8. vers. 2. post ex-
pressionem &c. & importat restrictionem,
& exclusionẽ quoad alios *Paris. cons. 49.*
num. 22. vers. necessario sequitur lib. 3. idem
Crauett. cons. 98. num. 8. vers. tertia restri-
ctio, & consequenter si onus, & facultas
respectiuè reficiendi, & restaurandi non
potest intelligi nisi de persona Petri Aloy-
sij, & non de alijs, sequitur quod facultas
fuerit temporalis durante videlicet vita
ipsius Petri Aloysij tantum, vt in simili
concludit *Seraph. decis. 552. num. 1. & 2.*
Et in puncto quod quando in Instrumẽ- 27
to concessionis emphiteusis facta fuit
mentio nedum primi acquirentis, sed
etiam hæredum, & additum fuit pactum
restrictum ad personam ipsiusmet acqui-
rentis pactum huiusmodi sit iudicãdum
personale, neque extendatur ad hæredes
fuit resolutum *in Regien. bonorum coram*
bo. me. Coccino in impress. decis. 359. nu. 37.
& 38. par. 5. recent. vbi loquens de pacto
affrancandi bona, quando inuestitus assi-
gnasset alia bona dicit, quod si Domi-
nus directus voluisset in huiusmodi pacto
comprehendere etiam hæredes vtique
illos in eo pacto, & in illa parte Instru-
mẽti quoq. expressisset, sicut fecit in alijs
particulis Instrumẽti, & in proposito hæc
eadẽ interpretatio illi data fuit à Paulo 3.
in confirmatione eiusdem concessionis
factæ à Camera, dum narrat eam factam
fuisse pacto, quod P. Aloysius teneretur
dictã Arcem restaurare, quia si ipse intel-
lexisset hæredes, & successores fuisse cõ-
præ-

præhensos, de illis etiã mentionem fecisset cũ illã eadem facilitate facere potuerit, vt arguit *dicta decisio* 359. *nu.* 38. *Alba cons.* 32. *nu.* 7. *Surd. cons.* 426. *nu.* 13. & facit
28 quod facultas alienandi tributa vassallo non extenditur ad hæredem, *Ruin. cons.* 39. *num.* 11. *lib.* 1. *Corbul. de priu. ob alien. ampliat.* 11, *per tot. Frecc. de sub feud. lib.* 2. *quæst.* 5. *num.* 6. *& seq.* quod motiuum de per se sufficit pro victoria, cũ totum fundamentum factum pro Duce cõsistat in eo, quod ipsi competat facultas muniendi Castrum, quod ex prædictis est falsissimũ.

Aut Dux fundatur in facultatibus alio-
29 rum Ducum sibi communicatis, & obstat, quod cum inter facultates Duci tributas legatur concessa facultas Arcem reficiendi, & in ea præsidium militum retinendi, hæc eadem facultas non subintelligitur in dicta communicatione quia in generali dispositione nunquam veniũt ea, de quibus fuit specialiter prouisum, *l. cohæredi*, §. *qui patrem, vbi gloss. & DD. ff. de vulg. Surd. cons.* 313. *num.* 76. *& seq. cons.* 456. *num.* 48. *& cons.* 550. *num.* 14. & dixi in responsione ad primam partem num. 42. Item quod facultas muniendi Castra in locis limitrophis non debet, nec solet concedi ex superius deductis *sub num.* 11. *vers. & tertia limitatio*, vbi quam plures allegaui, & ideo intrat alia Iuris conclusio, quod in generali communicatione non veniunt ea, quæ non nisi cum magna difficultate solent concedi *DD in l.* 1. *ff. de leg.* 1. *vbi Ias. nu.* 20. *&* 21. *Alciat. num.* 4. *Ant. de Butr. cons.* 19. *num.* 9. *Natt. cons.* 4. *num.* 6. *& ex his Rota in Valentina Decimarum coram Card. Lancellotto apud Marches. de commiss. par.* 1. *pag.* 629. *& in Carthaginen. Decimarum* 29. *Martij* 1604. *coram Pania*, per quam fuit recessum à decisionibus antea in eadem causa factis, Præterea constare non potest, quod alijs fuerit concessum ius, & facultas muniendi Castra, & Arces in locis limitrophis, & dum aliter expressum non fuit eorum quoque priuilegia recipiunt interpretationem à iure communi, vt scilicet eorũ Castra munire possent præterquam in locis limitrophis secundum ius commune plenè *Ramon. cons* 140. *num.* 4. *&* 5. vbi quod facultas locandi recipit interpretationem à iure communi, & non intelligitur de locatione ad longum tempus, quæ est de iure prohibita, qui benè decidit casum nostrum cum sit de iure prohibitum munire loca in finibus consistentia vnde possint Regno succedere damna, *Menoch. in cons. alias citato* 1003. *num.* 58. *Mastrill. de Magistr. lib* 1. *cap.* 12. *sub num.* 39. *vers. vel Ciuitas*. Et ita cum pri- 30
uilegia aliorum censeantur concessa cum dicta restrictione respectu locorum limitrophorum, priuilegium etiam d. Ducis eandem recipit restrictionem, ne plus tribuatur exemplari, quàm originali in puncto *Suarez. de legib. lib.* 8. *cap.* 17. *vers. aduerto*, vbi si exemptio decimarum est restricta ad prædia propria, illius quoque communicatio intelligi debet de proprijs bonis, vt resoluit *Rota in Placentina Decimarum* 21. *Iunii* 1588. *coram Card. Platto*.
Vlterius ad hoc vt priuilegia Duci Castri 31
communicata illi suffragẽtur, debet probari, quod Papa, qui illa concessit, habuerit notitiam eorumdem priuilegiorum communicatorum adeout, non sufficiat de illis factam fuisse mentionem generalem, qua Papa potuerit sub inuolucro verborum decipi, *vt in d. Valentina apud Marches.* vbi quod nõ sufficit etiam clausula quorum tenores, quæ facilius procedunt, dum Dux priuilegijs proprijs, seu sibi communicatis vult ad malum finem contra Summum Pontificem vti, quia Papa nunquam censetur per eius priui- 32
legium concedere aliquid quod contineat materiam criminosam improbam irrationabilem, & punibilem, vt inquit *Rota decis.* 525. *numer.* 26. *part.* 5. *recent.*

Quam-

Quamuis etiam cum Duce mitius actum fuerit dum non fuit monitus ad dimittendos omnes milites in Castrum introductos, sed tantum eos quos vltra solitum introduxerat.

Nullitates, quæ aduersus sententiam A. Cam. deducuntur sunt adeo friuolę, vt vel ab Auctore libri omitti potuerint vel saltem facili tollatur responsione, seu responsionibus. Non enim releuat prima nempe, quod contra Ducem fuerit lata sententia excommunicationis absq; eo quod ipse antea fuerit personaliter citatus, quia omisso quod sufficit eumdem citatum fuisse iuxta formam à Sanctissimo D. N. traditam in dictis Breuibus quæ seruata voluit citationes faciendas ipsum afficere perinde, ac si personaliter citatus fuisset vt in responsione ad secūdam partem ex num. 58. ex quo Dux se personaliter citari non permisisset *Couar. in cap. Alma Mater part. 1. §. 9. num. 4. verſ. primus caſus de ſent. excomm. Sair. de cenſur. lib. 1. cap. 12. num. 12. & 36. eodem tract. Suarez. diſput. 3. ſect. 11. nu. 6. verſ. addendum eſt Vgolin. lib. 1. cap. 18. §. 1. Bonacc. diſput. 1. q. 1. punct. 9 num. 9. verſ. primus caſus Alter. diſp. 3. lib. 3. c. 30. verſ.*
33 *excipiuntur.* Dicitur etiā omnem tolli difficultatē quia Dux monitorij contra ipsū transmissi, & executi notitiam habuit dū profitetur ab eo appellasse, vt in puncto resolutū fuit *in Lodien. Cenſurarum 7. Nouembris 1616. coram Remboldo* in qua cum Consiliarij Ciuitatis Leodień fuissent à Nuntio Coloniæ citati ad dicendam causam quare non deberent excommunicati declarari, & ipsi ab eo per eorū Procuratore appellassent Rota dixit, quod si in dicta citatione aliquis potuit defectus considerari ille ex huiusmodi appellatione cessabat, quià per appellationem constabat citationem ad illorum notitiam peruenisse, & ita esse perinde, ac si personaliter citati fuissent, quod etiam latè probant *Couar. d. §. 9. num. 4. verſ. tertius caſus Suarez. d. ſect. 12. num. 6. verſ. ob contrariam*, & vltra alios proximè citatos *Rot. deciſ. 11. de dol. & contum. in nou. Seraphin. deciſ. 1296. num. 1.* quamuis assertio Ducis non probet dictam appellationem fuisse interpositam in præiudicium Cameræ, sed tantum in præiudicium ipsius, qui illam ad sui defensionem allegat *Peręg. conſ. 64. num. 19. verſ. Iaſon. lib. 1. Caualer deciſ. 640. num. 10.*

Sed nec secunda nullitas scilicet quod Dux fuerit citatus ad comparendū Romę & sic ad locum non tutū propter inimicitiam, quam habet cū Cardinalibus Barberinis, tum quia ex adductis in præfatione constat an Cardinales fuerint inimici, 34
vel Dux potius ab amicis discedere voluerit pro quo videndus est *Bellon. iun. conſ. 5. num. 126. verſ. tertio vbi conatur excludere* metum rei ex quo antea Dux Parmæ illi multiplicatas fecerat gratias, vnde inimicitia imaginaria causata ex sola declaratione, siue ex culpa ipsius Rei non debet 35
illi suffragari, *Bald. in l. omnes, §. ſi apparitor num. 2. verſ. circa ſecundam rationem C. de Epiſc. & Cleric. Ruin. conſ. 48. nu. 15. verſ. non obſtat lib. 4. & conſ. 118. num. 9. lib. 5. Menoch. conſ. 100. num. 14. & num. 208. Bellon. iun. d. conſ. 5. num. 131.* Tum quia prætensa inimicitia nō fuit, neq. est verisimilis respectu fratrum Cardinaliū Barberinorum, qui sunt personæ Ecclesiasticæ, & qui hactenus permiserūt causas contra Ducem motas suo marte transire, vt in suo casu aduertit *Menoch. dicto conſ. 100. num. 303.* & Cardinalis Antonius etiam causam extinctionis Mōtium sibi commissam de voto Congregationis non decidit ex suo capite, sed de voto Congregationis Montium, & Baronum, quem tenebatur sequi, *Gratian. diſceptat. 524. num. 3.* metus autem non verisimilis non dicitur iustus, nec legitimus *Decian.* 36
d. conſ. 18. num. 13. iunctis alijs traditis in eodem

eodem *conſ. ſub num.* 27. vbi dicit eſſe at-
tendendam qualitatem perſonæ, ſcilicet
an ſit ſolita vim inferre, tum quia Duci
fuit oblatus ſaluus conductus pro ſe, &
quinquaginta militibus, cui ipſe debuit
fidere. *Decian. & Menoch. in dd. conſ. ille*
37 *num.* 10. *& ſeqq. iſte num.* 196. *& pluribus*
ſeqq. qui ſatisfaciunt cunctis obiectis, &
ſcripſerunt in cauſa in qua Reus citaba-
tur ad comparendum Genuæ, vbi impu-
tabatur de crimine læſæ Maieſtatis aduer-
ſus illã Rempublicam, quique capitaliſſi-
mam inimicitiam habebat cum Principe
Auriæ in eadem Ciuitate potentiſſimo
adeout vix dari poſſit caſus ſimilis, & ta-
men ambo dd. conſulentes conſuluerunt
Reum teneri comparere *Farinacc. de car-*
ceribus carcerat. quæſt. 29. *num.* 1. *et ſeqq.*
qui nu. 3. ait dubitantem de fide ſalui con-
ductus incurrere ſacrilegium, *et nu.* 8. vbi
quod ſaluus conductus ſeruandus eſt etiã
Reo criminis læſæ Maieſtatis, quæ ſi vera
ſunt in alijs Principibus ſæcularibus etiã
inferioribus, prout tenent ſupradicti,
multo quidem magis procedunt in ſaluo
conductu conceſſo à Summo Pontifice,
qui conſtans eſſe debet, ſicut lapis immo-
bilis, & cui cõuenit illud, locutus eſt Deus
& illud verba mea non faciam irrita *Gon-*
zal. ad reg. 8. *gloſ.* 9. *§.* 2. *n.* 32. quo dicto ad
propoſitum vtitur *Decian. dicto conſil.* 18.
num. 100. Tum denique quia in omnem
38 euentum Dux tenebatur mittere excuſa-
torem, qui cauſam prætenſæ inimicitiæ
allegaret vt late per dd. conſulentes ſcili-
cet *per Menoch. conſ.* 100. *num.* 199. *et ſeqq.*
Decian. num. 138. *et* 139. *& per Bellon.*
iun. d. conſ. 5. *n m.* 129.

Tanto magis, quod experientia docuit
39 defenſorem, quando cõparere voluiſſet,
fuiſſe tutum, & tutiſſimum, quia nedum
in cauſa ciuili extinctionis Montium cõ-
paruerunt Raynutius Monguidus, & Frã-
ciſcus Mangellus eius aſſertus negocio-
rum geſtor, & reſpectiuè Procurator, ſed
etiam poſt latam ſententiam criminalem
Mangellus voluit aſſiſtere Inuẽtario bo-
norum facto in Vrbe, & vlterius tàm ip-
ſe, quàm Franciſcus Brugiaferrus com-
paruerunt in plena Camera, vt ſoluerent
Cenſum in Vigilia Beatorũ Apoſtolorum
Petri, & Pauli eidem Cameræ debitum
pro Ducatu Parmæ, abſque eo quod vllus
ipſorum fuerit vnquam moleſtatus *Bel-*
lon. iun. d. conſ. 5. *ſub num.* 135. *verſ. nec*
eſt, qui ita conſuluit pro Duce Parmæ
quamuis in ſuo caſu Procurator Rei cita-
ti in alia cauſa fuiſſet fuſtibus cæſus co-
ram Palatio Ducali, vnde cõſiderandum
eſt, quid idem conſulens dixiſſet ſi di-
ctus Procurator antea, & poſt in cunctis
litibus, & cauſis fuiſſet beneuiſus, & bene
tractatus, & quid etiam conſuluiſſet in
cauſa in qua fuiſſet citatus Dux poſtquã
ita conſuluit contra perſonam priuatam.

Præterea *Menoch. Decian. & Bellon.*
iun. proximè citati conſuluerunt de tem-
pore quo Reus citabatur ad perſonaliter 40
cõparendum, & ſic res erat in fieri nos au-
tem verſamur in caſu; in quo Reus fuit iã
per ſententiam cõdemnatus, & ideo quia
factum munitionum, & fortificationum
eſt indubitatum, Dux, qui allegat ſe pro-
pter timorem inimicorum non compa-
ruiſſe docere debet, quonam modo ipſe
ſe defendiſſet, & defendere potuiſſet ſi ad
locum tutum citatus fuiſſet ſicut in ſimi-
li qui allegat moleſtias ſibi non fuiſſe in-
timatas, non auditur, niſi doceat, quam
defenſionẽ habuiſſet, ſi lis ſibi denuncia-
ta fuiſſet *Alex. in l. non ſolum, §. morte. n.* 47.
ff. de oper. nou. enunc. Alex. conſ. 63. *in fine*
lib. 6. *Crauett. conſ.* 83. *nu.* 16. *& conſ.* 179.
num. 6. quia dum conſtat de non iure
venditoris, cui denunciandum erat ipſe
non auditur. *l. emptor in princip. ff. de act.*
empt. Rip. in l. 2. *§. voluntate num.* 20. *in*
3. *fall. ff. ſolut. matrim. Couar. var. reſol.*
cap. 17. *num.* 6. *verſ.* 6. *quamuis, Rota deciſ.*
823. *num.* 2. *verſ. ſed taliter par.* 4. *diuerſ.*

& verſ. ad id. apud Coccin. deciſ. 27. nu. 3. & deciſ. 36. num. 5. Ergo ſi Dux dd. monitiones fecit ad alium finem, quàm ſe opponendi Sedi Apoſtolicę debet docere quam ob aliā cauſam fecerit, & facit quod citationis omiſſio nō vitiat actum, quando conſtat parti nullum ius competere Ve quando nullam habet defenſionem *Surd. conſil. 181. num. 28. & conſil. 227. num. 17. Gabriel. de citation. concluſ. 1. num. 348. in 16. limit. Surd. d. conſil. 227. num. 17.*

Vnde ex eiſdem non obſtat prætenſa recuſatio, cum appellatione ab vlteriori proceſſu, quia ommiſſo, quod de illa non conſtat, & Cardinalis Raggius atteſtatur,
41 illam nō fuiſſe interpoſitā circa quod illi ratione ſuæ Eminentiæ eſt credendū *Decian. conſ. 51. nu. 101. verſ. quarto dico lib. 1. Adden. ad Greg. dec. 214. in fin.* dicitur etiā quod cum Dux fuerit, & ſit contumax
42 appellare non potuit *Specul. tit. de appellat. §. in qibus num. 1. Rot. deciſ. 16. num. 1. de appell. in nouis. Dec. conſ. 34. nu. 1. Marant. in ſpecie par. 6. mem. 2. nu. 14. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 133. num. 5. verſ. non auditur,* & ſicut non appellat, ita ne Iudicem recu-
43 ſat, vt dixi in reſponſione ad primam partem, & in puncto, quod contumax non poſſit declinare iuriſdictionem Iudicis à quo fuit citatus ad comparendum firmat *Lancell. de attent. par 2. cap. 4. limit 18. n 29. Afflict. dec. 133. num 1. & 2. vbi Vrſill. poſt Franc. Imol. & Alex. quos allegat Neuizan. conſ. 13. n. 14. verſ. facit. Coſta conſ. 46. n. 3. & 4. Anna ſing. 120. Carpan. ad ſtat. Mediolan. cap. 30. n. 137. Theſaur. deciſ. 265. nu. 2.* etenim contumacia ipſa tribuit iuriſdictionem, ex quo contumax in ſui præiudi-
44 cium habetur pro comparente, & conſentiente *Neuiz. vbi ſupra. Coſt. d. conſil. 46. num. 1. vbi num. 7.* quod interpretatio fit ſemper in id quod eſt deterius.

Tertia nullitas deducta ex eo, quod pendente dilatione 15. dierum aſſignata in Monitorio A. C. capta fuerit poſſeſſio Caſtri, longe minus officit, quia licet attentata de iure communi ſint in pri- 45
mis, & ante reuocanda, parte opponente *c. non ſolum de appellat. in 6. Caſſad. deciſ. 4. de dilat.* tamen ſi pars non opponat, imò 46
patiatur cauſam diſcuti ſuper meritis, ſententia etiam non reuocatis attentatis eſt valida, quia pars nō opponendo dicitur illis renunciare *Pariſ. conſ. 41. num. 37. verſ. prout etiam remedium attentatorum lib. 1. Lancell. de attent. par. 2. c. 4. limit. 15. & 16. vtrobiq in princ. & per tot. Rot. deciſ. 592. num. 4. par. 2. recent.* Tantum autem abeſt quod Dux de attentatis oppoſuerit, vt potius ſemper fuerit contumax; qui etiam quod velit de attentatis dare non 47
poteſt in puncto *Lancell. d. cap. 4. limit. 18. num. 3.* vbi in ſpecie dicit, quod ſi quis prætendit Aduerſarium attentaſſe in lite, in qua ipſe fuit contumax, non eſt audiendus, ſubiungendo, quia ſicut non poteſt litis pendentiam allegare ad effectum declinandi forum, vel ſe excuſandi, ita multo minus poteſt allegare hanc litis pendentiam ad effectum vt ſuus Aduerſarius dicatur incidiſſe in delictum, in quo nō poteſt melius, & clarius loqui. Præterea in Monitorio tranſmiſſo, & quod plus eſt in Breue, cuius vigore Monitorium A. C. emanauit, fuit appoſita clauſula abſque retardatione Proceſſus, & reuocandi ea quæ de facto viderentur reuocanda; quæ clauſula ſatis ſuperque iuriſdictionem 48
eiuſdem A. C. reſeruauit quod paſſim ſeruat Rota, quæ quotidie concedit remiſſorias ad probandum cum retardatione, vel ſine eius arbitrio. Quinimo ſpeciale eſt vt in cauſis criminalibus procedi poſſit dilatione pendente & ideo Iudex poteſt 49
capi facere carceratum non obſtante, quod pendeat dilatio. *Boſſ. de captura num. 10. Clar. in §. fin. quæſt. 31. in fine, verſ. vltimo quære, Seacc. de Iudic. ciuil. & crimin. lib. 2. cap. 30. quæſt. 4. nu. 180. Buccaron.*

caron. de different. causarum ciuil. & crim.
quaest. 31. num. 2. vbi post eosdem Boss. &
Clar. testatur ita passim seruari, & ideo
res caret difficultate, dum Iudex expresse
sibi reseruat facultatem procedendi dila-
tione pendente *Farinacc. à Buccar. citat.*
de indic. & tortur. q. 39. nu. 11. in 3. limita-
tione, vbi quod in Tribunali Cardinalis
Vicarij Vrbis præsertim in delictis noto-
rijs Iudex de stylo sibi reseruat hanc fa-
cultatem, & præfigit terminum, puta
trium dierum plus, & minus eius arbi-
trio, quæ multo quidem fortius proce-
50 dunt in casu nostro, in quo postquam
Dux fuit monitus ad munitiones in pri-
stinum reducendas, militesque vltra so-
litum introductos dimittendos, potuit
suspicari, ne ipse potius munitiones au-
geret, & ita causa Cameræ Apostolicæ
difficilior redderetur, quia ex causa ma-
ximæ suspicionis potest etiam in crimi-
nalibus dilatione pẽdente procedi *Mar-*
sil. in praxi crimin. in §. examinanda nu. 30.
vbi notabiliter dicit quod quando dubi-
tatur de tumultu potest Iudex facere exe-
cutionem sententiæ capitalis dilatione
pendente, & sequitur *Gabr. tit. de dilat.*
conclus. 1. n. 12. vers. quarto limita ne alias
dum Romæ consulitur iuxta commune
adagium Saguntum expugnetur.

Quarta nullitas fundata in eo quod
A. C. sententiam præcipitanter intra
51 spatium viginti dierum pronunciauerit
cessat, quia cum causa fuisset per mul-
tos menses antea commissa Cardinali
Raggio tunc Aud. Cam. & coram eo diu
ventilata potuit alter Auditor eius suffe-
ctus causam expedire intra longe breuius
tempus quàm 20. dierum *Paris. viden.*
consil. 79. num. 5. & 6. lib. 1. vbi consi-
derat, quod processus fabricati coram
primis Iudicibus noui Iudices, quibus
causa fuerat nouiter commissa, potue-
runt processus illos celeriter videre, &
causam expedire, & in eisdem terminis
Put. decis. 4. de iudic. Gregor. XV. decis. 176.
num. 6. quia non attenditur, nisi quod
Iudex potuerit se instruere de causa, vt
dicitur in *d. decis. Greg.* quod A. C. compi-
lato Processu facere potuit intra biduum
& triduum, ego multo magis intra vi-
ginti dies *Paris. d. cons. 79. num. 9. & seqq.*
vbi quod contraria procedunt, quando
euidenter constaret Iudicem acta non
vidisse, vel causam expediuisse intra tam
breue tempus, vt acta videre non potue-
rit, *& num. 13.* vbi quod celeritas non est
nociua, quoties Iudex est, seu esse potest
instructus.

Vltimo non releuat, quod Dux fuerit
condemnatus in pœna excommunica-
tionis, & in alijs pœnis de tempore, quo
Camera Apostolica iam possidebat, & sic
de tempore, quo non erat amplius in eius
potestate dimittendi dictum Castrum,
quia cũ vt dictum est Dux fuerit monitus 52
ad dictas munitiones reuocandum, mili-
tesque vltra solitum introductos dimit-
tendum seruatisque contra ipsum qua-
tuor terminis ad docendum se paruisse de
aliqua paritione non docuerit contra ip-
sum competijt pœna excommunicatio-
nis, quia datur ob contumaciam, & ino-
bedientiam *in gloss. in c. duo sunt verb. vi-*
debitur 96. dist. in cap. 1. num. 10. vers. not a
contrarium contraueniendo, & ibi *Rip. n. 29.*
de sent. excomm. Aegid. decis. 242. Rota de-
cis. 15. num. 2. post 2. lib. cons. Farinacc. &
alij passim, & de contumacia dicitur con-
stare eo ipso, quod post reproductionem
Monitorij, & post seruatos quatuor ter-
minos ex parte Rei non docetur de par-
itione *Achil. decis. 3. num. 2. de sent. ex*
comm. Rot. decis. 445. num. 4. par. 2. recent.
& decis. 276. num. 5. par. 5. & apud Buratt.
decis. 17. num. 1. in fine, vbi Addentes cu
mulant sub num. 4. Seraphin. decis. 1113.
num. 3. Et hæc præsertim procedunt,
quoties Monitorium, est circa ea quæ 53
requirunt actum positiuum ipsius Rei,

vt

vt est munitiones factas in pristinum statum teducere milites vltra solitum introductos dimittere ad differentiam eorum, in quibus sufficit solam præstare patientiam *Mohed. decis. 9. de re iud. Rot. decis. 339. num. 1. part. 1. recent. cum alijs congestis per Addentes ad Buratt. d. decis. 17. num 8. vers. quando vero mandatum, & idem* Buratt. *decis.* 748. *num.* 2. adeo vt Dux debuerit in actis comparere, & allegare, se esse paratum obedire, sed impediri propter apprælienſionem possessionis factam à Camera, vel alias ob istã, seu aliam causam ad hoc vt saltem constaret de eius paritione verbali, sed quia non comparuit, nec vllam causam ob quam veniret excusandus allegauit idcirco potuit iure merito contra ipsum tanquam contra contumacem, & inobedientem procedi sicuti in simili proceditur contra Reum condemnatum ad soluendum id quod est illiquidum, si non comparet, & offert se esse paratum satisfacere, quoties fructus sue int liquidati *Addentes ad Buratt. dicta decis. 17. sub num. 6.* vbi adducunt quam plures decisiones imò nõ sufficit impedimentum al-
54 legare, sed debet de eo doceri, quia Iudex debet iudicare secundum acta, & probata *Cassad. decis. 12. num. 8. super regul. Rot. decis. 445. num. 8. super regul. Rot. decis. 445. num. 8. part. 1. diuers.* neque tenetur diuinare ea qua circa causam coram ipso pendentem extraiudicialiter factum sit vnde in simili sententia contra mortuum lata est valida, nisi de morte Iudici constat vti Iudici *Castill. decis. 60. num. 15. & num. 21.* vbi quod de morte debet constare Iudici ex allegatione iudiciali, nec sufficit, quod Iudex illam sciat vti priuatus *Guidopap. decis. 86. num. 6. Mastrill. decis. 137. num. 13. & pluribus seqq.*

Et cessat difficultas, quia Dux expul-
55 sioni dictorum militum, neque alijs, quæ pro Sancta Sede Apostolica facta fuerunt consensit, sed ea impugnauit, & de eorum iniustitia, & nullitate dixit, prout etiam hodie Auctor libri easdem prætensas iniustitiam; & nullitatem sustinere contendit, & quod Duci competierit ius muniendi, neque ius huiusmodi illi prohiberi potuerit; & etiam, quod à Summo Pontifice illi contrarium præcipi non potuerit, quinimo Angelerium, qui Arcem reddidit, & in manibus Exercitus Ecclesiastici dimisit, in carceres mancipari fecit, & hodie illum in ijs adhuc vinctum detinet, vnde tantum abest, vt dicatur Monitorio sibi transmisso paruisse, quod imò dicitur magis contrauenire eiusque cõtumaciam semper crescere, & ideo etiam iure potuit excõmunicari, vt fuit resolutum *in Barchinonen confinium 17. Iunij 1609. corã Card. Sacrato*, vbi in terminis quod pars, quæ dat de nullitate mandati dicitur illi contrauenire, *& in recent. decis. 250. num. 4. par. 5.* vbi ponderat, quod pars nihil aliud cogitabat, quam se confouere in possessione, & omnibus vijs contrauenire mandato Rotali.

Et cum ex his constet sententiam contra Ducem latam fuisse validam, & iustam gratis dicitur eam non ligare, cum imo etiam quod posset dubitari de iustitia adhuc semper liget *Abb. in cap. ab* 56
excommunicato num. 11. de rescript. Couar. in cap. Alma mater de sent. excomm. parte prima. §. 7. num. 9. vers. tertia conclusio, & in vers. 4. conclus. vbi quod est quoque necessaria absolutio nec isto casu etiam dãda est ad cautelã, sed simpliciter *Farinac. in fragm. par. 1. verb. excommunicatio n. 3. & num. 34.* vbi pariter quod sic excommunicatus non potest petere absolutionem nisi simpliciter, vnde excommunicatio siue iusta, siue iniusta est semper timenda *Federic. de Sen. cons. 41. nu. 2. Couar. in d. c. Alma Mater. d. vers. 3. declaratio*, quæ in tantum procedunt, vt si sententia

tentia excõmunicationis sit nulla, nõ suf-
57 ficiat quęlibet nullitas, sed requiritur, vt sit notoriè iniusta *Angel. in Sum. verb. excõmunicatio* §. 3. *n*. 13 *vers. quod si continet, & n*. 19. *vers. quando notorie constat*, dicens quod quãdo de nullitate non cõstat notorie, tunc est timenda, & eam contemnens peccat mortaliter, & potest excommunicari, & sequitur *Siluestr. eod. verb. excommunicatio* §. 2 *nu*. 1. *in fine Couar. in d*. §. 7. *nu*. 36. vbi dic t requiri, quod sciatur excommunicationem prorsus esse nullã. *Guttierez. canonic. quæst. lib*. 1. *c*. 4.
58 *num*. 37. vbi repetit verba *Angel*. Non dicitur autem notorie constare de nullitate excommunicationis, nisi constet per cõfessionem partis, vel per aliam sententiã, quæ transitum fecerit in iudicatum. *Lancellot. de attent. par*. 3. *cap*. 24. *num* 66 *Rot. dec*. 269. *num*. 7. *par*. 2. *diuers. & decis*. 41. *num*. 2. *part* 2. *recent*. vel ad minus, quod nullitas sit adeo clara, vt nulla responsione velari possit, *vt in Romana de Bombellis* 31. *Maij* 1613. *coram Cardinale Sacrato*, quæ ita tenuit ad effectum vt quis possit in sua possessione manuteneri aduersus sententiam nullam, quam Rota postea secuta fuit in pluribus alijs causis, *vt in decis*. 674. *num*. 3. *part*. 1. *& in decis*. 646. *num*. 1. *par*. 2. *recent*. quæ si procedunt in causis prophanis multo quidem magis seruanda sunt, vbi agitur de contemptu clauium, & ita in terminis nostris resoluit *Rota in d. Leodien. Censurarum coram Remboldo*, ne alias sit in facultate cuiuslibet Rei contemnendi censuras Apostolicas sub prætextu nullitatis ipseq; Iudex esse velit in causa propria, & interim gerere se pro non excommunicato, quod facere non potest nisi cum magno scandalo, & cum peccato mortali, & pœna reintrusionis in easdem censuras secundum *Angel. vbi supra quam alij sequuntur, & præsertim Couarr. in cit*. §. 7. *num*. 7. *vers. cæterum, vers. non diffiteor*. maximè quia agitur de periculo animæ quo casu tutior via est eligenda *c. Iuuenis de sponsal. Menoch. cons*. 107. *num*. 28.

Postremo cum Auctor libri elegerit iura Ducis magis in publicum, quàm in Iudi- 59
cio proponere, nemo est, qui plus Iudicibus Romanæ Curiæ, quam illi tribuere non debeat ex sententia *Alciat. Paregon. lib*. 12. *c. fin*. vbi sic loquitur. Et certè ego pro Iudice præsumerem, vt cum id munus ipsi specialiter incumbat famæque, & conscientiæ suæ periculo agat, plura ipse viderit, diligentius perpenderit, maiore acrimonia, diutioreque studio sit vsus, cum contra Aduocatus dum ea, quæ in rem Clientis sui sunt, adducat cætera securus nihil vltra teneatur inquirere hactenus *Alciat* & præter hæc notum est etiam Aduocatos vt plurimum more Scæuolæ scilicet secundum ea, quæ proponuntur respondere, satisque esse existiment si Sanazarij immitatores non sint qui teste eodem *Alciat*. ne Clientem absque responso dimitteret aliquid ex specie facti mutabat, satisque habebat, si consilium suum recte secundum Ius procederet, non multum curans quod propter facti mutationem nil Clienti prodesset, Et quidem si licet verum fateri quamuis idem Auctor aliqua viderit tamen certe non omnia vidit sicut Iudex. Primo enim, non vidit concessionem tractarum à Paulo Tertio factam priori concessioni Eugenij IV. quæ & temporalis fuerat, & per lapsum temporis expirauerat, esse totaliter innixam, ideoque eamdem Pauli concessionem obreptam surreptamque fuisse in quem errorem lapsa fuit etiam Congregatio à Clemente VIII. deputata. Secundo lõge minus aduertit inhibitionem Cardinalis Antonij circa tractas nullam continere pœnam, sicque in simplicem denunciationem reuocationum à Summis Pontificibus factarum resolui. Tertio nec ponderauit transactionem inter Cameram, & Ducem de mandato Clementis VIII. initã non

fuisse transactionem, sed nouam gratiam eiusdem Pontificis postquam ipse præcise mandauit Cameræ vt illam cum insertis capitulis stipularetur. Quattò non obseruauit quod cum Dux formam erectionum in aliquo non adimpleuerit cessauit causa finalis, sine qua Pontifex erectionem non concessisset, & Montistæ loca Montis non emissent. Quinto credidit pro extinctione Mötium actum fuisse vigore solius Constitutionis Clementis VIII. contra Barones, & non etiã vigore motus proprij Pauli V. quo supposito facultatẽ Congregationis procedendi ad Montium extinctionẽ mandataq. relaxandi non impugnasset. Sexto neque perpendit qualitatem maioris potentiæ Ducis considerabilem non esse in materia erectionis Montium pro qua maior sicut minor ad gratiam Principis recurrere debet. Vltimo nec pariter aduertit Ius, & onus muniendi Castrum soli Petro Aloysio primo acquirenti concessum fuisse, non autem hæredibus, & successoribus, Quæ motiua de per se sufficiunt ad causæ victoriam, quando omnia alia cessarent, prout non cessant ideoq. quicquid in Manifesto exaggeretur, & sæpie sæpius inculcetur veritas est in omnibus supra deductis Iudices Romanæ Curiæ prout semper Ius, iustitiamque ministrasse.



SVMMARIVM.

REGVLA, quod cuilibet licet absque licentia Principis loca sui dominij ambitu murali vallare non procedit in Castris, & fortalitijs num.1.

Et ita seruatur de consuetudine num.2.

In Statu Ecclesiastico extat Constitutio prohibens, ne talia Castra, & fortalitia absque licentia Summi Pontificis construantur num.3.

Dicta Constitutio intelligitur etiam de locis mediatè suppositis S. Sedi Apostolicæ n.4.

Aedificium Castri in alieno Territorio cedit solo num.5.

Semel meum non potest amplius effici meum num 6.

Statutum ligat concurrente subiectione personæ, & bonorum num.7.

Constitutio prohibens constructionem Castrorum, & Fortalitiorum censetur prohibere eorum refectionem num. 8.

Opinio eorum, qui tenent Castra, & Fortalitia posse construi absque licentia Papæ tripliciter limitatur, primo quoad Castra existentia in locis limitrophis, secundo quando construerentur ad æmulationem, tertio quando turbarent quietem publicam num.9. 10. & 11.

Et datur exemplum, quando possent ab hostibus inuadi, & occupari num.12.

Et quando periculum est, vt Vasallus deficiat num.13.

Aedificium, factum esse ad æmulationem cognoscitur ex coniecturis arbitrio Iudicis num.14.

Constructio, aut munitio Castri, & alienatio rei litigiosæ præsumitur facta in fraudem parata executionis num.15.

Et quando constructio, aut munitio munienti nullam, aut modicam affert vtilitatem num.16.

Vassallus non potest milites cogere inscio Papa num.17.

Rebellis est, qui se subtrahit ab obedietia Principis, & facit contra illius præcepta n.18.

Constitutio Sixti V. in ordine 75. prohibet Ducibus, & alijs subditis ne audeant militum copias cogere num.19.

Verba vniuersalia magis operantur, quàm verba generalia, & comprehendunt personas etiam priuilegiatas num.20.

Facultas Ducis Castri muniendi Arcem Mõtis Alti intelligitur de prima munitione num.21.

Omnis obligatio intelligitur de prima vice num.22.

Nemo admittitur ad prætendendũ illud cuius contrarium non fuisset postulaturus n.23.

Facultas muniendi Castrum cessat cessante causam ob quam concessa fuit num. 24.

Nec extenditur ad futura num.25.

Facultas prædicta tributa primo acquirenti non extenditur ad illius hæredes, & successores num.26.

Facultas affrancandi bona emphiteotica, nisi aliud dictum sit, non extenditur ad hæredes sed restringitur ad primum acquirentem num.27.

Neque facultas alienandi bona num.28.

Priuilegia communicata quando, & in quibus suffragentur personis, quibus fuerunt communicata num.29.

Et recipiunt interpretationem, ne plus tribuatur exemplari, quàm originali num.30.

Et requiritur, quod priuilegia communicata sint nota Papæ concedenti num.31.

Papa nõ censetur concedere priuilegium, quod contineat materiam criminosam, & improbam num.32.

Citatio per edictum fieri potest, quando Reus non permittitur se personaliter citari n.33.

Appellatio probat Reum habuisse notitiã citationis, & est, ac si personaliter citatus fuisset, & potest excommunicari num.34.

Beneficia non transferuntur in inimicos, sed in personas beneuolas num.34.

Inimicitia ex culpa propria proueniens non suffragatur quo minus citatus teneatur cõparere num. 35.

Metus

Metus non verisimilis non dicitur legitimus, nec excusat Reum ab obligatione comparendi num. 36.

Saluo conductui praesertim Summi Pontificis fidendum est, & est seruandus num. 37.

Citatus ad locum non tutum tenetur mittere excusatorem num. 38.

Praesertim quando experientia docuit ipsum esse bene tractandum num. 39.

Reus citatus ad locum, quem asserebat illi non esse tutum, postquam fuit condemnatus, debet docere, quonam modo se defendisset, si comparere potuisset num. 40.

Cardinali credendum est ratione suae Eminentiae num. 41.

Contumax non appellat num. 42.

Idem non potest declinare iurisdictionem Iudicis, coram quo fuit citatus num. 43.

Imò habetur pro consentiente in iurisdictionem num. 44.

Attentata in primis, & ante omnia sunt reuocanda num. 45.

Contumax non dat de attentais, commissis in causa, in qua ipse comparere neglexit n. 47.

Clausula absque retardatione Processus in monitorio apposita operatur, vt Iudex possit in causa procedere dilatione pendente num. 48.

Speciale est in causis criminalibus, vt pendente dilatione procedi possit num. 49.

Maximè vbi adest aliqua suspicio num. 50.

Sententia quando non dicatur praecipitanter lata num. 51.

Poena excommunicationis datur contra Reũ si ipse post reproductum monitorium, & seruatos terminos solitos non docet de paritione num. 52.

Monitus ad aliquid faciendum sub poena excommunicationis debet comparere, & si est impeditus saltem verbo obedire num. 53.

De impedimento constare debet Iudici vti Iudici num. 54.

Dans de nullitate sententiae nõ dicitur illi parere, sed potius contrauenire num. 55.

Sententia excommunicationis iusta ligat, imò siue iusta, siuè iniusta semper est timenda, neque isto casu danda est absolutio ad cautelam, sed simpliciter num. 56.

Sententia excommunicationis nulla, vt non liget, requiritur, vt nullitas sit talis, vt nulla responsione velari possit num. 57.

Quando dicatur notorie constare de nullitate num. 58.

Vbi agitur de periculo animae tutior via est eligenda num. 59.